This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

ZLNC

Digitized by Google

Digitized by Google

ZLNC

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA
ECCLESIAE METROPOLITANAE GNESNENSIS

PER

MARTINUM SIEMIEŃSKI,

PRAELATUM CUSTODEM EIUSD. ECCLESIAE

EDITA.

POST CUIUS EDITIONIS DISTRACTA EXEMPLARIA,

AB EODEM,

ADDITIS REBUS HISTORICIS,

AUCTA AC REEMPRESSA

ANNO DOMINI 1823.

NEW YORK PUBLIC LIBRARY

POSNANIAE

TYPIS WILH. DECKERI ET SOCIETAT.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
443229A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1929 L

Quis est, quem non moveat clarissimis Monumentis testata consignataque Antiquitas. *Cic. de Divin. Lib.* 1. *cap.* 40.

Magnorum autem Virorum, et excellenti Virtute praeditorum Laudes celebrare, apprime utile est vitae Hominum et necessarium; ut et Illis, quoad fieri potest, pro Meritis suis gratia referatur, et caeteri habeant unde Virtutis et Laudis Exempla petant, et quoad bene merendum de suis incitentur. *Martin Cromer. In Orat. Funebr. Sigismundi I. Regis Polon.*

Digitized by Google

ECCLESIA METROPOLITANA GNESNENSIS

In Civitate *Gnesna* quondam Principum et Regum Poloniae Metropoli, ab Anno Christi 965. initium sumit.

Cum etenim Miecislaus Primus Princeps Poloniae, prout convenerat, Christi Fidem amplexus, die quinta Martij Anno eodem 965. Gnesnae baptisatus, Dambrowkam Ducis Bohemiae Filiam Ritu Catholico sibi despondisset, eidem Fidei Christianae propagandae ac Ecclesiis aedificandis, hortante adjuvanteque Dambrowka, intentus, Basilicam hanc Gnesnae, in uno ex septem Collibus eminentiore, Mons Lechi nuncupato, condidit eique largas Possessiones, Praedia ac Decimas donavit; porro Aegidius Gilles Cardinalis, Episcopus Tusculanus, Joannis XIII. Pontificis Maximi in Polonia Legatus, Archi-Episcopatum in ea instituit, Legibus juxta Sacros Canones circumscripsit, Finibus distinxit, ac Vilibaldum natione Gallum, eodem Pontifice probante, praefecit. —

Digitized by Google

Aug 31 1929

Honori Beatissimae Virginis Mariae in Coelum assumptae dicata, Ecclesiae Metropolitanae gaudet Titulô, in ipsis Fundationis suae Initiis eo Nomine appellata. Id ipsum Gregorius VII. ad Finem Saeculi XI. Pontifex Maximus definivit: ut Gnesnae in perpetuum Sedes Metropolitana foret, illique reliquos Episcopos Poloniae et vicinarum Provinciarum subjecit: Cui etiam à primaeva sua Fundatione Titulus *Sanctae Ecclesiae Gnesnensis* praesertim in Regiis Diplomatibus, adhibebatur. —

Largitiones Miecislai auxit Filius Boleslaus Patris in Principatu Successor cognomento Chrobry. Expugnatâ Kijoviâ, Redux in Poloniam, Majores Ecclesias Hostium Manubiis ditando ornandoque; in Gnesnensi, ubi et Coronationis suae agebantur Solemnia, et Regina Juditha (Geisae Principis Hungarorum Filia) usitatam habuit Mansionem, erat liberalitate profusior. Sed tractu saeculorum aliquoties exusta, vel ab Hostibus depraedata, nisi Valvas aeneas grandes Donorum Boleslai reliquias hucusque retinet. — Scriptor Lithuanus relatus apud Naruszewicz Histor. Polon. Libr. 2. pag. 197. testatur: Valvas praedictas ex Chersoneso provenire, *tit. de Moribus Tartarorum „Unde Kijovia nostra in Templorum suorum Lithostratis, Asarotis et Incrustamentis retinet hucusque certa praedae illius Insignia, è quibus et Gnesnensi Basilicae Valvam largita est“* Audivi quemdam de Historia praedictarum Valvarum dubitare; eo ductum motivô, quia ab imo earum apparet statera in quam pecunia imponitur, paulò superius Aquila custodiens Corpus decollati Martyris, quae potius Historiae Divi Adalberti congruere videntur. Sed isthoc dubium diluitur, praeter antiquissimam eamque continuam Traditio-

Digitized by Google

nem, maturiore omnium ejusdem Historiae partium consideratione. Utique ibi palam est Hominis adhuc viventis decollatio; ac tamen Historia Martyrii Divi Adalberti testatur: Ipsum remo percussum, postea lanceis transfixum obiisse; Dein in statera aliquod Corpus ponderari non conspicitur. Quod si factum fuisset, profectò priùs Corpus pecuniâ redimendum, secundariò autem pecunia ad proportionem ponderis imponeretur. Adhuc, Figurae Regalibus insignitae alterius Martyris Historiam indicant; notum quippe est, Boleslaum Principem dum Corpus Adalberti redimeret, non adhuc Regiâ donatum, neque Ipso praesente sicuti ibidem videre licet, pecuniam numeratam fuisse. Postremò advertimus ibidem alias Historicas effigies, quae nullam cum Vita S. Adalberti habent connexionem. — Sed ad propositum redeundo

Jam Anno Domini 1018. mense Majo Basilicam Gnesnensem incendiô conflagratam narrat Dythmar. Eppus Merseburgen. Contemporaneus Rerum Germanicarum scriptor. — Anno Domini 1038. Boémi in Polonia cuncta ferro ignique miscentes, de Ecclesia Gnesnensi imaginem Crucifixi ex puro Auro per Boleslaum Regem Poloniae donô oblatam, et teste Cosma Pragensi, ab electis duodecem Presbyteris vix sustentatam, Tabulas item tres graves auro, quae circa Altare majus positae fuerant, et quarum una major quinque Ulnarum in longitudine, ac decem Palmarum in latitudine, adornata lapidibus pretiosis, tulerunt; cunctaque pretiosa suppellectili, quae Magnificentiâ Superiorum Principum erat satis ampla, spoliarunt, Campanis Magnitudine, Valore atque sono praestantibus haud parcentes. Insuper, Corpora Ss. Martyrum Joannis, Bene-

Digitized by Google

dicti, Isaac, Mathaei et Crispini in solitudine, ubi nunc Oppidum Casimiria, crudeliter interfectorum, per Boleslaum Chrobry ad hanc Basilicam translata, nec non Corpus Gaudentii Archi-Episcopi, pro S. Adalberti Corpore indicatum, abstulerunt; etenim Lipsana S. Adalberti provide in aditu Templi clam defossa à direptione salvata sunt. —

Martinus I. Gente Zabawa Archi-Episcopus, Ecclesiam Gnesnensem decore spoliatam et Incendiis exustam à ruinis vindicavit, imo ampliorem fecit; et Anno Domini 1097. die prima Maij in praesentia Vladislai I. Principis, Herman dicti, suaeque Conjugis Sophiae, ac multorum Procerum et Episcoporum fermè omnium Regni ad eam Solemnitatem invitatorum consecravit; majoremque illius Chorum S. Adalberto Martyri Glorioso dicavit. Zdzislaus de stirpe Kozlorogorum Anno 1184. Archi Episcopus creatus, Aurô, Argentô, aliisque pretiosis Monilibus adornavit. —

Verum Anno reparatae Salutis vertente 1331. sub Vladislao Loctico, Crucigeri Gnesnam diripientes, nec Ecclesiae quidem Catedrali ac rebus in ea sacris manus abstinuerunt. —

Anno 1455. aliquoties fulmine tacta, et Globus de fastigio dejectus. —

Cum Anno Domini 1613. die 27ma Aprilis Nundinarum Tempore Gnesnae excitato incendiô Civitas tota ac Ecclesiae (unica S. Joannis cum domo Praepositi excepta) arderent, etiam Basilica Metropolitana conflagravit. —

Celsmus Rndssmus Albertus Baranowski Archi Episcopus Gnesnensis, sub cujus Regimen id accidit, instaurandae Basilicae mox

Digitized by Google

manus admovit; dumque Trabes ac tigna Tecti posuisset, ne plura faceret, mors impedivit. Nec minus Studium in eam rem fuit Laurentij Gembicki et Joannis Wężyk Baranovij in Sede Praesulea Successorum; sed Mathiae Gente Łubieńscio relictum fuit incompleta absolvere. Is adita Possessione Archi Episcopatûs Anno Domini 1642. plerasque Basilicae Capellas vel à ruinis excitavit, vel in meliorem formam redegit, et bracteato aere contexit. Turrim deinde Australem diuturnâ ruinâ deformem, mediaque sui parte minorem, in fundamentis stabilivit, et ad par Aquilonari fastigium perduxit. —

Tanto Studio ac impensis suorum Praesulum, necnon Capituli Metropolitani exornata Sponsa, non diu post splendescebat; et ad quae longa Annorum supra triginta tempestate opus fuit, una dies 25ta Augusti, Anno à Partu Virginis 1760. novô incendiô à Domo Lanionis inchoatô delevit. — Praefuit tunc Vladislaus Łubieński; Qui Mathiae Vestigia secutus, conflagratam Ecclesiam pristino decori restituit. —

Externam illius structuram si spectes? Majestatem quandam praesefert. Geminae Turres in facie illius ad plagam Occidentalem sitae, in magnam Altitudinem eminent; etenim Muri earum ad Nonaginta, Apices lignîs aedificati ad quinquaginta quinque, in totum ad Centum Quadraginta Quinque ulnas in altum ascendunt; has tamen non simul cum ipsa Ecclesia, sed posterioribus saeculis de Muro fabricatas esse, cum laterum diversitas, tum industriosa eorundem cum Ecclesia conjunctio satis ostendit. — In una istius Australis Turris Columna conspicitur Tabula è lapide secta, muro inserta, exhibens gemina Stemmata, alterum *Sulima* nuncupatum,

Digitized by Google

et alterum in Heraldicis Polonis haud reperibile, habens pro Insigni personam Viri et Leonem cum Corona. Media tantùm pars Tabulae oculis patet, altera inferior Tectô novae Stubae Capitularis comprehensa videri non potest. In Turri Aquilonari Horologium sonans Centenar. 19. Librar (sunt) 68. Campana Horarum Quadrantes pulsans Centenar. 9. pondo 116. — In Turri Aquilonari Campanae quatuor pendent. Prima Campana major in diametrum Ulnarum duarum cum media, Centenar. 43. Librar. 127. ab una sui parte insignita est Effigie S. Adalberti, in altera habet Inscriptionem talem:

Anno Domini
1760.
die 25. Augusti
Destruxit atque combussit et comminuit in pulverem
4. *Regum Cap.* 23. *v.* 5.
ac Anno eodem
die 18. Decembris
Suscitavit Spiritum meum Dominus.
Jerem. 29. *v.* 15.

In tertia ejusdem Campanae parte Tria Lilia (Stema Rndssmi Capituli Metropolitani Gnesnensis).

Secunda Campana Ulnarum duarum cum uno Quadrante in diametrum. Centenar. 26. Librar. 48. Effigie Divi Bogumili insignita, atque inscripta:

Factus sum velut aes sonans
1. *ad Corinth. Cap.* 13. *v.* 1.

Digitized by Google

Dans Gloriam Deo.

Rom. Cap. 4. *v.* 20.

Ad ornatum Loci

2. *Machab. cap.* 5. *v.* 16.

Faciam Spiritum Tempestatum

Lucae 8. *v.* 24.

Recedere.

Tertia Campana Ulnarum duarum in diametrum Centenar. 16. librar. 8. habet Effigiem S. Stanislai Episc. Mart. ac Inscriptionem:

Venite, *Psal.* 94. *v.* 1. Jubilate. 99. *v.* 1. Sacrificate. 4. *v.* 6. Psallite. 9. *v.* 11.

Glorificate. 21. *v.* 24. Laudate Dominum omnes Gentes. 116. *v.* 1.

Quarta Campana Ulnae unius cum media, Centenar. 10½ Librar. 23. retinet Effigiem S. Floriani Mart. inscriptaque est:

Dum moveor, moveo in primum Mortalia Corda Motorem, cujus Cultus in ore meo.

A parte Campanae altera, Stemma Rndssmi Capituli. —

Omnes istae quatuor Campanae fusae sunt Posnaniae per Joannem Zachariam Neuberdt; et quidem prima Anno Dni 1760, tres ultimò dictae Anno 1761. Consecratae per Illsmum Christophorum Dobiński Episcopum Serren. Suffraganeum Gnesnen. Anno Dni 1762. —*)

Utrumque Basilicae Tectum (unum quippe superius, ipsam Navim Ecclesiae, alterum inferius Ambitum illius processionibus

*) Notamus: *has Campanarum et infra scriptas Monumentorum Inscriptiones omnes majusculis literis exaratas esse.*

Digitized by Google

obeundis destinatum, unàque Capellas circacircum aedificatas aequali mensura tegit) laminis aeneis coopertum est. —

In Summitate Faciei Ecclesiae Stemma Łubienianum *Pomian* nuncupatum justae magnitudinis Literis M. Ł. D. G. A. G. 1652. signatum. Aliud in medio Tecti à plaga meridionali Vladislai Łubieński Archi Ep. Gnesn. in altera Tecti parte Septemtrionali Stemma Rmi Capituli sign Literis A. M. C. G. 1763. — Adhuc, Tabula parieti Capellae Łubienianae versùs Meridiem sitae inserta exhibens Stemma Łubienianum *Pomian* sign. Literis M. Ł. A. G. quae designant Mathiam Łubieński Archi Episc. — Omnia praedicta Stemmata magnificè inaurata non absimiliter splendescunt. Aliquantò ulterius in pariete Capellae Baranovianae correspondente Stemma lapide sculptum *Jastrzębiec* Alberti Baranowski Archi Episc. Gnesn. proprium. —

Porta Australi Ecclesiam ingrediendo, en Valvae aeneae Religiosa Historica Emblemata retinentes, de quibus supra jam scripsimus. Proximè, Vas pro Aqua benedicta ex uno grandi lapide campestri ruditer elaboratum etiam Antiquitatis Monumentum.

Grandis Basilicae coctis sectisque lapidibus structae in longum Centum, Murorum crassitudine et Stuba antiqua Capitulari non computatis, in latum Quadraginta Ulnas, Capellis demptis, protensae; in altum verò ad quadraginta sex, et inclusivè Tectô ad Ulnas octoginta erectae, Molem sustentant Columnae viginti quatuor; quarum septenae in prima Ecclesiae navi lapide secto, reliquae lateribus fabricatae. Lacunar in utraque Navi ac in ambitu Ecclesiae testitudine clausum, ita tamen: quod post ultimam Anno Dni 1760.

Digitized by Google

Ecclesiae conflagrationem, sicuti Columnae ita quoque Lacunar Navis majoris ad novam Architecturam accesserit; jam verò Ambitus illius, seu Navis minor ab incendijs illaesa, Gothicam formam in omnibus retinet. — Capellas circa ambitum Ecclesiae sitas, successivis temporibus fabricatas esse, signa antiquarum fenestrarum non postremae magnitudinis supra Capellas in parte apparentia satis probant. Pavimentum ubique lapide marmoreo stratum.

Altare majus, ad quod per gradus octo marmoreos ascenditur, à Celsmo Vladislao Łubieński Archi Episcopo de muro erectum, magna ex parte deauratum; ubi super Bases positae sex Columnae, interpositis Simulacris Sanctorum gygantea forma elaboratis, in toto deauratis, Apicem illius sustinent. —

Non abs re erit in praecipua Antiquitatis Solemnia hoc Loco gesta cogitationem convertere. Hic, Boleslaus Chrobry Miecislai primi Principis Filius, Primus Regium Diadema accepit. Miecislaus II. cum sua Uxore Rixa die dominico Pentecostes Anno Christi 1025. solemni Caeremoniâ coronatus. E Cluniaco revocatus Casimirus Anno Dni 1041. posthac autem sua Conjux Maria Jaroslai Russorum Principis soror Dobrogneva appellata; Boleslaus item II. Casimiri Filius natu maximus Audax nuncupatus Anno 1058. in hac Basilica uncti et Regalibus Insigniis exornati sunt. Et post restitutas Coronationes à tempore Boleslai Audacis interruptas, Praemylaus in Comitiis Gnesnae habitis Anno 1295. Rex acclamatus (in hac etenim vetusta Poloniae Metropoli Comitia et actus solemniores Civiles peragi consueverunt) mox die 26. Junij Anno eodem inunctus et Diademate insignitus. — Adhuc, Venceslaus Rex Bóémorum Anno

Digitized by Google

Dni 1300. Post mortem Casimiri ejus nominis Magni, Qui inter alia Legata, Gnesnensi Ecclesiae Thecam cum Sacris Reliquiis, et Librum Bibliorum Testamentô donavit, Controversiâ super novi Regis Coronatione ortâ, Ludovicus Rex Cracoviae quidem à Joroslao Archi Episcopo Gnesnensi coronatus, personaliter prout conventum erat, Gnesnam venit, ut in Throno omnibus Regiis Insignïis exornatus compareret. —

Transitus Gallorum per Civitatem Gnesnam Anno Dni. 1807. tam venerando Loco ac Basilicae haud pepercit. Pabula Equorum ibi reposita: per quod in suis Ornamentis non postremum passa est detrimentum; et à Divinis cessatum.

Sed ad lustrandam Basilicam redeundo, en ad Latus dextrum Altaris majoris Sedes Archi Episcopalis; dein in Chorum minorem seu Presbyterium per Gradus inferius descendo, à Lateribus ejusdem Chori Arcus seu portae è lapide marmoreo coloris diversi impensis Mathiae Łubieński Archi Episcopi scita operâ elaboratae, à labente in ultima Ecclesiae conflagratione Locunari intactae. — Denique, Stalla Praelatorum, Canonicorum, et aliorum istius Ecclesiae Collegiorum, in quibus Officium Divinum decantatur. —

Quin adhuc recedatur à Choro Presbyterii, venit in mentem Ducissa Dambrowka Consors Miecislai primi in nova Fidei Christianae apud Polonam Gentem plantatione devotissima, cujus Anno Domini 977. demortuae Corpus in Ecclesiam Gnesnensem delatum, Sepulturae mandatum est. Hanc piissimam ac lectissimam Mulierem mortuam Dux Miecislaus Maritus et Boleslaus Filius planctu magno defleverunt; et omnes Viri Ecclesiastici non secus quàm

Digitized by Google

piam Matrem desiderabant. Perhibetur, Ipsam ante Majus Altare in Choro Presbyterii quiescere. — Accedit, Judith Regina Boleslai Chrobry Uxor, benigna et religiosa, quae Anno Christi 1017. humanis rebus absumpta, in hac Basilica tumulum obtinuit. —

Jam relicto Chorô Presbyterii offert se in medio Ecclesiae *Mausoleum* sublato veteri opere caementario ac marmoreo impensis Jacobi de Sienno Archi-Episcopi olim constructo, et circa Incursionem Sveticam violato, nec non illo Anno 1682 erecto, sed circa Conflagrationem Ecclesiae in ruinas redacto, ad similitudinem Confessionis S. Petri in Basilica Vaticana Romae fabricatum liberalitate Mathiae Łubieński Decani Ecclesiae Metropol. Gnesnensis Anno Dni 1767. Cujus fundamenta et Bases è marmore lapide in quadrum dispositae, ac super his Columnae quatuor arte tortuosa elaboratae, justae Altitudinis fastigium Mausolei adinstar Coronae sustinent. Altare in medio Mausolei, post Violationem Sueticam consecratum in Honorem Ss. Adalberti et Stanislai Mart. — Tergo mensae Altaris appositus est Lapis de Marmore Sarcophagus, sculptam habens Effigiem in Archi Episcopali Ornatu Stemmate Rosae insignitam, Gaudentij sive Radzini Fratris germani S. Adalberti. — In eodem Altari reperitur Tumba laminis argenteis Historiam Vitae ac Martyrii S. Adalberti exprimentibus circumducta, in qua Reliquiae S. Praesulis Adalberti depositae à Fidelibus venerantur. — Otto III. cognomento Rufus Imperator Romanorum cum permagno et splendido Comitatu Gnesnam Voti exsolvendi gratiâ ad Sepulchrum novi Martyris venit. Boleslaus quoque Crivoustus Anno Dni 1130. Gnesnam adijt ad Divi Adalberti Reliquias venerandas, quae, paulò ante, videlicet:

Digitized by Google

Anno Dni 1127. Septimo Calendas Martij operâ Jacobi de Znim Archi-Episcopi è locis occultissimis, solis Archi-Episcopis paucisque Praelatis et Canonicis notis, in quibus ne à Bòèmis aut alijs Nationibus tollerentur, accuratè custoditae latebant, in publicum prolatae fuerunt; et octoginta pondo auri pius Rex multasque gemmas ad comparandam Urnam pro Sancti Exuviis obtulit. Joannes Albertus Rex advenit Gnesnam An. Dni 1493. die 22. Aprilis causâ visitandi Sepulchrum S. Adalberti, ac in medio Capitulo Rndssmorum Praelatorum et Canonicorum comparens, ad vacantem tunc Cathedram Archi-Episcopalem, Fredericum Electum Ecclesiae Cracoviensis Fratrem suum Collegio Metropolitano commendavit. — Vladislaus IV. Princeps Regius Poloniae, Campanam grandem ex Moschovia deductam huic Ecclesiae donavit An. 1621. quae postea ignis voragine conflata in aliam transfusa est. — Sigismundus III. Poloniae et Sueciae Rex partâ victoriâ de Palatino Moldavorum, misit in Honorem S. Adalberti Vexilla hostilia quinquaginta quatuor; jam autem Anno 1626. Urnam argenteam seu Tumbam justi ponderis pro servandis in ea ejusdem Sancti Lipsanis donavit, literis ad Capitulum Metropolitanum datis sub die 18. mensis Aprilis, in quibus fassus est: quod cum Gnesnae vetustissima Regum et Religionis Sede esset, ipsa Majestas Loci et Sacra Antiquitatis Monumenta, praecipua animum suum veneratione ac Religione permoverunt. Sèd cum et ista Tumba circa Hostiles Incursiones in direptionem abijt; eam quae nunc conspicitur Adalbertus Pilchowicz Episcopus Hypponensis Suffraganeus Varm. Cancus Gnesnensis obtulit Anno Domini 1662. in quam Ossa S. Patroni in seorsivo Scriniolo tutissimè obserato obsignatoque

Digitized by Google

imposita sunt. Reliquiae Capitis in Theca separata religiosè asservantur; porro quae desunt partes illarum, pluribus Personis etiam Regia Dignitate praestantibus Venerationis ergo donatae, prout inter alia, Acta Capitularia attestantur. Figuram S. Adalberti in Ornatu Pontificali argento elaboratam supra Tumbam jacentem conspicatus infra haec leges; et quidem à parte dextra Tumbae:

Per Merita
SANCTI ADALBERTI
Christe Nos
Exaudi.

Pauperibus duodecim
Cibum quotidie exhibet
et Ipse ministrat.

Possessionem Pragensis
Cathedrae simplici apparatu
adit.

Corpus S. Martyris
Boleslaus Tremesnae
religiosè excipit.

Boleslaus Dux per Legatos S.
Martyris Corpus aequali auri
pondere, sed miraculosè mi-
nimo, excipit.

In parte sinistra Tumbae superius.

Haec quem Urna claudit
Tuus Gnesnensis Cathedra Antistes, Prussia Apostolus, Polonia Patronus, Ecclesia Martyr est
SANCTUS ADALBERTUS
QUI

Ubi splendori Natalium Sanctitatem adunasset, frustrata in populo Pragensi Pastorali Cura, Boleslai Poloniae Ducis voluntate, Huic Ecclesiae praepositus est Antistes.

Digitized by Google

Mox

In Prussiam Idolis adhuc mancipatam digressus, cum in Vinea Domini imperterritus desudat Apostolus, inter Divina Sacrificia in Sambia ad Fiszhausum invasus à truci Gente dissectusque Sanctus Deo cadit Sacerdos simul et Victima.

Demum

Per Boleslaum Ducem redempto à Prussis Corpore primùm Tremesno, inde suae illatus Cathedrae duplici Poloniam Coronâ Regni per Ottonem II. et Coeli suum per Patrocinium beavit. *)

Hunc

Tantum Judicio Ecclesiae Martyrem, tot in hac Basilica Miraculis clarum, ut propitium experiare, hic honora, hic venerare.

Lector.

In Idololatriam movebitur.

Christum stupentibus Prussis gentilibus praedicat.

In eadem parte Tumbae inferiore.

Dissecto Sancti Corpore Caput palo suffixum ludibrio exponitur.

Dum Sacris operatur crudeliter à Prussis occiditur.

In Capite Tumbae.

Otto III. Imp. Sancti Reliquias Visitat, Boleslaum Lanceâ S. Mauritii et Regiâ Corona donat.

---

*) *Crantius quidem vult Ottonem II. sed Noster Cromerus cum aliis Historicis Polonis Ottonem III.* et rectè, siquidem Otto II. adhuc vivente Adalberto è vivis sublatus An. 983.

Digitized by Google

Ad Pedes Tumbae:
Concordibus votis applausu
Populi Episcopus Pragensis
Eligitur.

D. O. M.

Immaculatae Dei Genitrici Mariae
Divo Adalberto Titulari suo

Rndissimus Dnus Adalbertus Pilchowicz, Dei gratia Eppus Hypponensis, Suffraganeus, Canonicus Varmien. nec non Cathedralis Gnesnen. Decan. Lovicien. S. R. M. Secretarius. Illimi Principis ac Rndmi Dni Dni Venceslai Comitis de Leszno Dei Gratia Archi-Episcopi Gnesnen. Regni Primatis Primique Principis intimus Domesticus exile hoc Monumentum in Venerationis signum, in Devotionis argumentum

Vovet, dicat, offert
Anno Dni MDCLXII.

Ad id Altare S. Adalberti, praeter alia, celebratur Missae Sacrificium ex Fundatione Rndissmi Francisci Raczyński Canonici Gnesnen. Dominicis ac Festis Diebus, quo inchoato psallitur per RR. Vicarios Cantilena incipiens „*Boga Rodzica Dziewica etc.*“ contextu ac tono suis magnam antiquitatem redolentibus. Id Canticum in praefatione ad Volumina Legum Regni Poloniae typis impressum, ex vetustissimis Monumentis à Divo Adalberto editum et initiis Bello-

Digitized by Google

rum in Regno Poloniae praeponi consuetum testatus est Joannes Łaski Cancellarius Regni, dein Archi-Episcopus Gnesn. et Primas, de Lege super Cantico „Boga Rodzica“ Ideni Canticum habetur in Vitis Sanctorum Petri Skarga Soc. Jesu Editionis Vilnen.

Fasti Ecclesiae Gnesnensis tradunt memoriae: Nicolaum Trąba Archi-Episcopum Anno Dni 1422. demortuum, ante Tumbam S. Adalberti sepultum esse.

Ante Mausoleum S. Adalberti obvius est lapis Sarcophagus in eoque sculptum Stemma *Nałęcz* subinscriptum:

Hic jacet
Peccator Maximus
Franciscus Raczyński,
Gnesnen. Posn. Canonicus. Obiit 6. Martij
1737. Aetatis suae 53to
Viator ora pro Eo.

Oculos sursum levando, primò usurpatur Oculis Chorus musicalis, ac in eo Organum magnum in Anno Dni 1662. in suo Opere consummatum, ab ultima in Anno 1760. ignis voragine hucusque superstes, cujus Magistrum Georgium Civem Gedanen. Acta Capituli memoriae tradunt.

Demittendo Oculos, spectantur sub Choro musicali Valvae postibus marmoreis munitae ad Stubam antiquam Capitularem, hisque superimposita Statua S. Joannis Nepomuceni in sua Base subinscripta:

Digitized by Google

Protectori
INNOCENTIAE
Restauratori Honoris
Patrono in Adversis
Anno Dni MDCCXXVI
die 7ma Martij.

In Columnis Ecclesiae ultimis à parte utraque stantibus Monumenta superiùs affixa, et quidem à parte dextera:

Vladislaus Alexander Pomian à Łubna
ŁUBIEŃSKI
Primo Archi-Episcopus Leopolien. tandem Archi-Episco:
Gnesnensis
Legatus Natus. Regni Poloniae et Magni Ducatus
Lithuaniae Primas Primusque Princeps.
Inter-Rex ab Obitu Augusti III. Regis Poloniarum
Hic Majorum suorum vestigia secutus
Par Meritis, virtute ac Religione
Eorum Famae et Gloriae respondit
Duplici porro Archi-Praesulea Dignitate insignitus
Iis Honoris gradu praecelluit
Posteris exemplo praeivit.
Obijt XI. Calendas Julij MDCCLXVII.
Huic Viro
Optimè de hac Ecclesia merito, quam post Conflagrationem magnis sumptibus reparavit, decorique pristino restituit
SENATUS METROPOLITANUS GNESNENSIS

Digitized by Google

Memor Ejus Beneficiorum in perenne grati Animi Monumentum
Istud Epitaphe jussit apponi.
Haec vota executus est
Casimirus Łubieński Can. Metrop. Gnesnen.
Nepos ex fratre Vladislai Archi-Episcopi
Anno MDCCCI.

In eadem Columna inferius, Tabula marmorea inscripta:

D. O. M.

Aeternae memoriae inclyti Praesulis et Principis D. Stanislai Karncovij Archi-Episcopi Gnesnensis, Legati Nati, Regni Poloniae Primatis Primique Principis etc.

Quod praestantium salubriumque Consiliorum in Ecclesia et Republica Dux, Author et Moderator semper felicis: Cum exolutis piè, liberaliter et magnifice suis utrique muneribus, erectoque et fundato Calissii Societatis Jesu Gymnasio, amplis: Bursa item Karncoviana, Seminarioque Archi-Dioecesano felici: nihilominus ex honesta lautaque parsimonia Opum proventu floreret

BASILICAM HANG VENERANDAM

Capituli aliorumque Collegiorum ejus sacerdotalium adauctis Liberalitate incomparabili Censibus illustriorem reddiderit, luculenter Sac. Indumentis instruxerit: Aram maximam sumptuosi Operis Iconibus exornaverit. XII. Clericos ad ejusdem Ministerium, coëmptis in Eorum alimenta Jurisque Sac. Studium fixis reditibus, instituerit, gra-

Digitized by Google

tamque in Templa complura Coenobia Parochodochiaque beneficent: et in Clerum universum paternae charitatis et indulgent: memoriam reliquerit,

CAPITULUM ALMAE HUJUS ECCLESIAE
METROPOLITANAE GNESNENSIS

Pro aeterna Ejus Requie perpetuum singulis mensibus Missae Sacrificium ad Mausoleum D. Adalberti facien. decrevit, gratique hoc et memoris Animi M. P.

Vixit Annos LXXVIII. D. XXIX.
Sedit in Archi-Episcopatu A. XXI. M. IV. D. V.
Obijt Lovicii VI. Idus Junij Anno Domini MDCIII.
Calissii in Templo Societatis Jesu inter Sacrarium Aramque maximam sepultus.

Alterum Monumentum in Columna partis sinistrae:

Celsissimo Principi
CAJETANO SOŁTYK
Episcopo Cracoviensi, Duci Severiae
Viro
Liberalitate in Ecclesias Cracoviae, Lovicij et Lanciciae,
Consiliorum dexteritate in Conventibus Regni
Animi aequitate in aerumnis Vitae et Exilii
Percelebri
Anno MDCCLXXXVIII aetatis suae 73. III. Calendas Quintiles
vita functo
MNEMOSINON HOC

Digitized by Google

Capitulum Metropolitanum Gnesnense Praeposito olim
Ecclesiae hujus
Pro collatis
In Ornamentum illius L. Millibus aeris Poloni
Gratum
Fieri jussit CIↃIↃCCXCII. Anno.

Infra.

Barbara de Zapolice Benedicto Zapolski Pobogio et Agnete de Bużenin Rosea genita Suentoslao Łubieński Pomiano nupta, X. Liberorum parens, vixit matronali pudicitia cum Marito XXXI. Vidua religiosè et sanctè XIX. Annis, aetatis LXX. Clari: Nati MDCXI. Anno Prid. Id. Januar. vita functa. Hoc Monumentum Mathiae, Vladisl. Stanislai Plocen. Epporum, Alberti Praep. Poltov. Can. Crac. Regii Secret. Martini Soc. Jesu Presby. et Sophiae Abb. Ołoboc. supersti tum Liberorum pietate

Sortita est
Optima Mater.

Hinc in Ambitum Navis Ecclesiae minoris à parte sinistra gressum faciendo, conspicitur Tabula è lapide secta parieti Ecclesiae Occidentali inserta, eique Literae formâ antiquâ incisae:

S. Adalbertus Anno Salutis 996. huic Metropoli praeficitur: qua relicta coronatur Martyrio Prussiae in loco Lochsteth, nono Calendas Maij 997. Cujus Successor Jacobus de Sienno praesens com-

Digitized by Google

paravit Mausoleum Opere tamen imperfecto, 1480 relicto Testamento sumptu ad perficiendum, et sub tempore Successoris immediati consummatur 1486. pro hoc fictili obtineat Saeculi aeternum Amen.

Similis Tabula à parte Australi eidem Parieti infixa cui Literae sunt:

Pannonios Fidei Prutenos atque Polonos
Qui dedit et dederat Regna Bòéma prius
Dissimili tantis meritis vitaeque beatae
Sanctus Adalbertus clausus erat Tumulo
Non tulit id pietas Jacobi cognomine Senno
Jamque sacris struxit ossibus istud opus.

Utraque praedicta Tabula est de antiquo Mausoleo Sancti Adalberti.

Inter Valvas Ecclesiae Aquilonares et Capellam Potoccianam objicitur Oculis lapis formae quadratae parieti infixus, habens sculptum Stemma Odrowąż et Insignia Archi-Episcopalia, circa circum scriptus:

Rendssmus in Christo Pater et Dnus Dnus Joannes Dei Gratia Archi-Eppus Gnesnen. et Primas exstruxit. — Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo.

Digitized by Google

Supra usurpatur Oculis Epitaphium subscriptum:

Ad Laudem et Gloriam Dei O. M.

Rndo Dno Felici Rembieliński Canco Gnesnen. Lovicien. etc. Viro cum ob excellentem prudentiae laudem singulari, tum ob multarum Virtutum maximè pietatis, munificentiae, Zeli, Hospitalitatis ornamenta omnibus carissimo. Qui cum in Aede Gnesn. XXV. Annos laudate et honorifice esset commoratus et aequè de Illa ac de Illsmo praesentis memoriae Dno Archi-Eppo atque de Illsmo Qui ante Hunc floruit, Quos etiam proxima sanguinis conjunctione attingebat, praeclare fuisset meritus, exacto aetatis Anno LX. obijt diem suum XXV. September. Anno superiore MDC. Legatis prope 400. in usus pios Aureis.

Rndus Dnus Joannes Rembieliński U. J. Consult. Cancus Gnesn. Lanc. in Piątek et Chroslin Praepositus patruo amantissimo ex Testamento posuit largus opuum constans Animi Zelator honesti hoc Rembieliński marmore tectus, obiit. Vivus erat felix, moriens feliciòr, Eccur! Jam Coelum posita Compede Carnis habet, Requiescant in pace.

Eodem Ambitu Ecclesiae ulterius procedendo, ante Columnam Ecclesiae tertiam Lapis Sarcophagus habens sculptum Stemma Korab ac Literas:

Joannes de Lasko Archi-Eps Gnesn. Andreae Custodi Gnesn. ac Crac. Vlad. et Posn. Canonico germano suo MDXII. Die Aprilis XVII.

Morte immatura intercepto posuit.

Digitized by Google

E regione Columnae sextae Monumentum parieti Ecclesiae insertum ac inscriptum:

D. O. M.

Ac Memoriae

Ill. et Ad. Rdi Adami Lesniewski Archidiaconi Gnesn. Posnan. Pultoviensisque Canonici, Viri antiquae probitatis, Sui prudentis de Ecclesia et Amicis optime meriti Pupillorum et Egenorum singularis Patroni. Executores moesti posuerunt. Moritur Gnesnae 14. Martij Anno 1641. Aetatis suae 78.

Proxime, aliud Monumentum, in quo:

Rndus D. Martin. Mirucki Can. Gnesnen. Posnan. Illrmi Principis Dni Dni Laurentij Gembicki Archi-Eppi Gnesnen. Familiaris moritur Anno Dni MDCXXIII. Junij XI.

Orate pro Eo.

Aliquot gressibus factis, en Lapis Sarcophagus parieti insertus infra habens sculptum Stemma Ciołek supra autem Literas quae sunt:

Jacet hic Mathias de Drzewicza Gra Divina in Archi-Epp. Gnesn. Anno Dni MDXXXI. Evectus, qui antea Trium Poloniae Regum fuit Vice-Cancellarius et Cancellarius Eppusque Pmyslien. et Vladislavien. Annis XXVI. Obiit in Arce Lovicien. An. Dni. MDXXXV. Die XII. Augusti, Hora XI. Noctis. XXIX. Septembr. sepult. vixit Annis LIXIX.

Digitized by Google

Supra usurpatur Oculis Epitaphium subscriptum:

Ad Laudem et Gloriam Dei O. M.

Rndo Dno Felici Rembieliński Canco Gnesnen. Lovicien. etc. Viro cum ob excellentem prudentiae laudem singulari, tum ob multarum Virtutum maximè pietatis, munificentiae, Zeli, Hospitalitatis ornamenta omnibus carissimo. Qui cum in Aede Gnesn. XXV. Annos laudate et honorifice esset commoratus et aequè de Illa ac de Illsmo praesentis memoriae Dno Archi-Eppo atque de Illsmo Qui ante Hunc floruit, Quos etiam proxima sanguinis conjunctione attingebat, praeclare fuisset meritus, exacto aetatis Anno LX. obijt diem suum XXV. September. Anno superiore MDC. Legatis prope 400. in usus pios Aureis.

Rndus Dnus Joannes Rembieliński U. J. Consult. Cancus Gnesn. Lanc. in Piątek et Chroslin Praepositus patruo amantissimo ex Testamento posuit largus opuum constans Animi Zelator honesti hoc Rembieliński marmore tectus, obiit. Vivus erat felix, moriens feliciòr, Eccur! Jam Coelum posita Compede Carnis habet, Requiescant in pace.

Eodem Ambitu Ecclesiae ulterius procedendo, ante Columnam Ecclesiae tertiam Lapis Sarcophagus habens sculptum Stemma Korab ac Literas:

Joannes de Lasko Archi-Eps Gnesn. Andreae Custodi Gnesn. ac Crac. Vlad. et Posn. Canonico germano suo MDXII. Die Aprilis XVII.

Morte immatura intercepto posuit.

Digitized by Google

E regione Columnae sextae Monumentum parieti Ecclesiae insertum ac inscriptum:

D. O. M.

Ac Memoriae

Ill. et Ad. Rdi Adami Lesniewski Archidiaconi Gnesn. Posnan. Pultoviensisque Canonici, Viri antiquae probitatis, Sui prudentis de Ecclesia et Amicis optime meriti Pupillorum et Egenorum singularis Patroni. Executores moesti posuerunt. Moritur Gnesnae 14. Martij Anno 1641. Aetatis suae 78.

Proxime, aliud Monumentum, in quo:

Rndus D. Martin. Mirucki Can. Gnesnen. Posnan. Illrmi Principis Dni Dni Laurentij Gembicki Archi-Eppi Gnesnen. Familiaris moritur Anno Dni MDCXXIII. Junij XI.

Orate pro Eo.

Aliquot gressibus factis, en Lapis Sarcophagus parieti insertus infra habens sculptum Stemma Ciołek supra autem Literas quae sunt:

Jacet hic Mathias de Drzewicza Gra Divina in Archi-Epp. Gnesn. Anno Dni MDXXXI. Evectus, qui antea Trium Poloniae Regum fuit Vice-Cancellarius et Cancellarius Eppusque Pmyslien. et Vladislavien. Annis XXVI. Obiit in Arce Lovicien. An. Dni. MDXXXV. Die XII. Augusti, Hora XI. Noctis. XXIX. Septembr. sepult. vixit Annis LIXIX.

Digitized by Google

Ex opposito, ubi in Ambonam ascenditur, Lapis in quo:

Hic quiescit Peccator Joannes Goralewski
Gnesnen. Posnanien. Pultovien. Cahcus
Ora Viator Deum pro Eo
Vivus adhuc posuit Anno Dni 1554.

Item Versus

Arma Virum quamvis monstrant hic esse sepultum
Crudelem, non est, Stemma parentis hoc est.
Sed mitis, clemens, magnus pietate, benignus,
Virtute insignis progenieque fuit.
Obdormivit in Domino, magno sui desiderio
Apud suos relictus Anno Dni MDLXV.
Die VIII. men. Mar.

Iterum à Sinistris proximè portam Sacristiae:

Leonardo Walichnovio S. T. D. Canco Gnesn. Viro pietate, eruditione, modestia insigni et de hac Ecclesia optime merito
Venerabile Capitulum
Fratri charissimo posuit.
Obijt X. Augusti
MDCXXVII.

Sequitur Sacristia, supra cujus Portam Stemma Rndssmi Capituli Metropolitani Gnesnensis, videlicet: Tria Lilia, cum Inscriptione Lapidi marmoreo incisa:

Digitized by Google

Crux serenat
sub
Auspiciis Celsissimi Principis
THEODORI POTOCKI
Archi-Episcopi Gnesn. Primatis Regni
D. O. M.
Reverendissimi Capituli Honori
Ecclesiae Metropolitanae Decori
Praelatorum et Canonicorum Amori
Posuit
ALEXANDER PHILIPPUS KOŁUDZKI
Indignus Loci istius Praepositus
Anno Domini MDCCXXVI.
die VII. Martij.
Sponsa Cruci pandit, Crux Sponsae signet Amorem.

Relictâ Sacristiâ, Columnas Ecclesiae Octavam et Nonam inter, Lapis Sarcophagus, obliquè positus Stemmate Rosa et Cruce Archi-Episcopali sculptis insignitus, infra autem Literae:

JOANNES DE ŁASKO
Archi-Episcopus Gnesnensis
Suo Necessario Joan.
Gruszczyński Archi Eppo
Gnesn. Hunc Cyppum
Posuit Anno M. 4. F. A. F. 3.
Cracoviae vita functo.

Digitized by Google

Ad partem sinistram Tabula grandis aenea parieti Ecclesiae affixa, in qua effigies Archi-Episcopi vetustis admodum Literis circumdata quae sunt:

Redsmus in Christo Pater Dnus Jacobus de Senno Dei Gratia Sanctae Ecclesiae Gnesnensis Archi-Eppus et Primas 1480. die quarta mensis Octobris defunctus est. Anno Archi-Episcopatus ipsius septimo. Nativitatis suae Sexagesimo Anno.

Supra cernitur Epitaphium, quod talis Inscriptio exornat:

Andreas Patria Vassicius Patre Zendzian de Familia nobili in Curia Illmorum Dnorum Archi Episcoporum Gnesnen. meritorum Posteritas Coltae S. Georgii in Arce Gnesn. Cancus et antea in Anno 1600 hujus Almae Metropolnae Paenitentiarius, Vir magnae Prudentiae et Dexteritatis Collegio suo bene omnia et cum effectu precatus. Praediolum Kleryka dictum aedificiis auxit et Paenitentiario fundi Stołężyno incorporari fecit. in Ecclesia Kocierzevien. Patrii soli Parochia pro Beneficio Renascentiae ex Sacro Fonte Gratitudinis memoriale reliquit. Tandem plenus dierum Anno 1646 die 3. Novembr. mortuus. Hoc loci quiescit. Cui beneficiis ab eo cumulatius hoc signum posuit 1654.

Hinc in gyrum eundo, inter Columnas Ecclesiae Nonam et Decimam conspicatus, leges:

Digitized by Google

D. O. M.

Qui vivus omnium meruit Amorem
Elicit Lacrymas extinctus
STANISL. CAROL. GRABIŃSKI
Gente Pomianus Archidiacon. Gnesn. S. R. M. Secretar.
Ingenium Indolem Magnorum capacem
Domestica excultumLiteratura in Urbanis solis Aprico
perfecit expolivit.
Inde
Ad Aulam Caroli Ferdinandi Poloniae, Sueciae Principis
Plocen. Vladislavien. Episcopi
Prompto fideli mancipavit obsequio.
Hoc è vivis sublato
Venceslaus Comes de Leszno Archi-Episcopus Gnesnen. Graviorum Negotiorum adscivit Arbitrum. Ecclesiae Metropolit. ornavit Sacerdotio. Cui benè mereri nunquam destitit.

Tribunalis Regni Praeses Judex aequitati, integritati nunquam obliqus

Morum Comitate, Amorem, benevolentiam
Aequalium Superiorum provocabat
Vita longiore dignus, Arthritide consumptus Supremum vixit.
Anno Christi MDCLXXXIV. die 21. Octobris.

A parte sinistra Mausoleum in quo Persona jacens antiquo habitu Canonicali ornata subinscripta:

Digitized by Google

Admodm Rndo Dno Alberto Brudzyński Ecclesiae Cathedralis Cracovien. Custodi, Gnesnen. ac Sandomirien. Canonico, nec non S. M. Regiae Secretario. Qui cum planè totum in gravibus R. Plicae Negotiis vitae suae tempus consumpsisset, multaque praeclara Divinae Gloriae Zelo et Calamitosis opitulandi studio gessisset Summa virtutis ac Prudentiae laude cumulatus, Diem suum obijt exacto aetatis Anno 6to supra 60gesimum mense Junio. Anno 1500. Nicolaus et Stephanus Nepotes ex fratre germano Martino Brudzyński, Monumentum hoc Observantiae suae debitum moesti posuerunt.

A tergo majoris Altaris sursum:

D. O. M.

Sta Viator.
Lapis hic quem vides Index Amoris est et Doloris
Magni Viri Cineres tegit non Gloriam
Alexandri Nicolai Gembarth
Post excultam Is Romae humanioribus Disciplinis Indolem ex Patre Hieronymo et Matre Marcianna Kaminsciis haustam, Norma Cleri factus, Metropolis hujus Cancus, ac ejus Sede vacante Administrator integerrimus Offilis expost Gnesnen. Calissien. PP. Tq. et Tribunali Regni semel Vice Praeses
Bis Praeses datus
Gravissimis hisce in Muniis
Pro Ecclesia et Regno
Curis magis quam Annis fractus

Digitized by Google

Morte tandem sibi nec immatura, nec improvisa instante Sacramentis omnibus

Pientissime susceptis
Vivis ereptus Anno MDCCLXII, VIII. Martij
Aetatis suae 62.
Praecatur de hoc Marmore
Requiem Ei preceris aeternam.

D e o r s u m.

Rmo Dno Stanislao Falienczki DEi Gratia Eppo Theodosiensi, Suffraganeo Gnesnensi, Abbati Sulejoviensi de hac Ecclesia optime merito, Venerabile Capitulum Ecclesiae hujus Confratri suo posuit.

Is fuit Mandatarius ad Concilium Oecumenicum ac Generale Tridentinum á Joanne Przerembski Archi-Episcopo Gnesnensi deputatus Anno Dni 1561.

Proxime jacet oblique lapis marmoreus in quo sequentia:

Rndo Dno Erasmo Mieliński Gnesnen. Cracovien. Posnan. Crusv. Ecclearum Canco Viro Authe et Erudone Clarmo Linguarum multarum sciea peritmo Rmus et Gnosi Alexander DEi Gratia primus in Livonia Venden. Eppus et Abbas Tremes, Nicolaus Tribunus et Christophorus Dapifer Kalissien. germani amantissimo Fratri posuerunt. Aetat An. XXXXVI. die 16. Martij Anno Dni MDLXXIIII. Hic Gnesnae piè decessit.

Digitized by Google

Supra praedictum Lapidem Epitaphe exornatum Inscriptione tali:

D. O. M.

Attende Viator

Franciscus Josephus Kraszkowski Jacobo Patre, Anna Doruchovia matre natus, primus Cancus Offlis Vielunen. demum Decanus Praeptus et Offlis Calissien. expost Abbas Vitovien. Praeptus Lancic. Canc. Archidiaconus Eppus Dardanien. Suffraganeus Vicarius in Spiritualibus et Offlis Gnalis Gnesn. Tribunalis Regni Praesidens

Modo Cinis est.

Trium Archi-Epporum Cardinalis Radziejowski, Stanislai Szembek, Theodori Potocki.

Oculus et manus

Archidiaconatuum Gnesn. Calissien. Territòrii Vielunen.

Non semel Visitator

Norma Cleri, Cathedrar. Decus

Praesulum gemma fuit,

Si vitam inspexeris

Immortalis

Si Monumentum hoc

Homo fuit

Mortem Illi non Annus Septuagesimus quartus, Sed Ecclearum Solicitudo, et sui Oblivio, abstinentiae rigor, contemptus vitae, indefessi pro Deo labores Coeli suique injuriae in coelestem vitam transmutarunt.

Digitized by Google

Obijt Gnesnae die XX. Decembris MDCCXXXI. Hic Cineres, Lanciciae in Fundatione P. P. Societat. Jesu ac alibi in Templorum splendore, in Pauperum Manibus, Immortalem sui nominis reliquit memoriam

Abi Viator et in Te redi
Requiem Ei precare aeternam
Ut postea habeas.

Adhuc à tergo majoris Altaris, in pariete Ecclesiae Monumentum:

DEO OPTIMO MAXIMO.

Viator

ALEXANDER GŁĘBOCKI

Genere Nobilis, Eruditione conspicuus, in Ecclesia celsis honoribus sublimis, memoriam defero. Hic ut virtutem aetati aptaret, per gradus incessit. Primum Cancus. Cancells, Scholast, Archi-Diac. demum Decanus Gnesnen. factus, quod omnibus par esset muneribus successive monstravit, ita ut aliarum Dioecesum Eppi virtutem et merita ipsius Decanatu Posnanien. Cantoria Plocen. et Canctu Crac. ornarent, quod Ipsius modestiae satis non virtutis merito fuit. Functionem Gnalis Offlis per multos Annos cum magna Sedis Metropolit. Dignitate gessit. Sede vacante bis felr. et aeque digne Administrnem egit. Suprm Rni Pol. Tribunal 18 Vicibus Praesidentem vidit, ubi summa prudentia, dexteritate, authoritate, irrefragabili veritate simul in unum austerus et comis praeluxit. Jurium,

Digitized by Google

Libertatum et Immunittum Ecclearum in eodem Tribunali, Synodis Provincial. et Comitijs Rni tam generalibus quam particribus zelosissimus Propugnator. Litium et Differ. Injuriam felix Compositor, et Commissionum perplexarum expeditus et aequissimus Judex semper fuit, unde ipsi apud Clerum et Populum pulcherrima pignora Timor et Amor. Tandem in Praesidentis Statione ac in medio gregis sibi commissi plenus dierum et meritorum obdormivit in Domino Petricoviae die 3ª Martij Anno D. 1660. Aetatis 66.

Executores Testamenti posuere.

Ibidem aliud Monumentum:

D. O. M.

Piisque manibus Gnosi Dni Seraphini Głębocki Tribuni Calissien.

Qui

Pervetusta et clarissima Dolivitarum ortus Familia, Gentilitium Avitumque Splendorem

propria virtute illustravit

Nam

a Puero in Fide Catholica educatus juniorem aetatem

Literis et bonis moribus

Adolescentiorem tam militaribus

Quam Illimi et Rndismi Dni Laurentii Gembicki Archi-Eppi Gnesn. et Primatis Regni servitijs, maturam conjugali vitae cum Gnosa Magdalena de Krzycko privatis Amicorum et publicis functionibus

dicavit.

Digitized by Google

Tandem praemortuo fratre Gnoso D. Alberto Głębocki Pocillatore Calissien, Viro in Conventibus Regni et in Judiciis Tribunalitiis strenuo, ac in Moschoviam Commissario Deputato

Omnibus carus, Nemini molestus, pie christianeque Sacramentis munitus

Bidgostiae moritur Anno reparatae Salutis MDCXXXVIII.

Die 25. mensis Junii, aetatis vero suae 53.

Cui

Unicus superstes et moestissimus Frater Ill et Adm. Rdus D. Alexander Głębocki Scholasticus Gnesn. Decanus Posn. Plocen. Lovicien. Cancus

Hoc lugubre posuit Monumentum.

In Pavimento Ecclesiae Lapis Sepulchri, in quo legitur:

Hic in terram de qua sumptus fuerat reversus.
Seraphinus Głębocki Tribunus Calissien. quiescit.

Ad partem dextram respiciendo, en figura jacens, ac Versus:

Marcina Brudzyńskiego tu schowano Ciało
Ostatecznego będzie dnia oczekiwało.
Aby z Duszą złączone poszło między onych
Co staną na Prawicy Zbor Błogosławionych
Sprawiło też podciwe na wszem zachowanie
Że dobra Sława Jego nigdy nieustanie.
O którą On naywiększe miał zawsze staranie,

Digitized by Google

A też Go Pan Bóg cieszy znamienicie za nie,
Kcyńskim Burgrabią będąc żywota dokonał
w Gnieznie gdy iuż Czterdzieści Lat wieku swego minął.
Czterech Synów dwoie Corce po sobie cne plemie
Zostawiwszy Agniszce Popowski swey Żenie
Roku tysiąc pięćset siedmdziesiąt piątego
Co się stało miesiąca Stycznia dnia pierwszego
Idźże kdomu Ty coś szedł, rzkłszy w Nabożności
Niechay w Pokoju leżą Człeka cnego Kości.

Supra:

Leonardo Valconovio S. T. D. Canonico Gnesnen.
Viro probitate, Eruditione modestia insigni
Et de hac Ecclesia optime merito
Venerabile Capitulum Fratri carissimo posuit
Obiit X. Augusti MDCXVIII.

Iterum ad partem sinistram:

Petrus Odorovius S. T. et J. U. D.
Canonicus et Officialis Generalis Gnesnensis
In Seminario Gnesnensi utiliter Alumnus, Romae
Doctor, in vita Sacerdos, apud Principes ac potissimum
Paulum Quintum
Maturus et acceptus
Dum Patriam repetiit, Labore fortunam meruit.
Ejusdemque Seminarij Professor, Ecclesiae Theologus,

Digitized by Google

Cathedrae Canonicus extitit.

In qua

Per quadraginta amplius Annos credidit propter
quod locutus est, per Viginti decrevit, quod ipse egit,
per triginta mensae Capitulari procuravit,

Quod fidelitate et diligentia perfecit:
Peregrinorum Hospes. Religiosorum Exceptor
Sacerdotum perpetuus Benefactor
Judex Officialis
Modestia cunctis, obsequio Omnibus
Munificentia Amicis, Exemplo Doctis profuit.
Et dum Septuagesimum primum superasset Annum
Vivere sine tempore incipit
Anno MDCLI Aprilis XI.

Rursus ad partem dexteram:

D. O. M.

Saxum hoc
Non morituraе memoriae Monumenta
Et famam immortalem
Joan. Ant. Jaxa KROBANOWSKI
Decani Vicarii Gnalis Gnesnen. Praepti Lancicien &c.
De Pariete clamat
Sta Viator, audi mirabundus.
Sacerdotum idea, Probitatis exemplar.
Candoris Ectypon, Scientiar. Abyssus.

Digitized by Google

Per Sacra et Civilia Tribunalia Legum Interpres et Vindex
Gratiani et Justiniani vivus Codex
Utriusque Juris doctissimus Doctor
In Regno summus Justitiae praesidens
In Synodo Canonis Canon
In Officialatu Regula Juris
Ecclesiae hujus Decus et Clenodium vixit.
Primatum desiderium, Fratrum Amor,
Amicorum ex obitu Dolor,
Dici meruit, quia verè fuit.
Denique, Hic ubi Jus Clero dixit naturae justa persolvit
MDCCXXXVII. X. Aprilis
Joannes Mlicki Metropol. et Franc. Podgorski Collegiat.
Gnesn. Canonici
Exeçutores dolentissimi
Posuerunt
Viator
Tanto Viro precare aeterna et imitare.

Vertendo Oculos ad sinistram:

Excell. Jacobo Zagorski Phiae et Med. D.
Ordinario
Venerabilis Capituli Ecclesiae hujus Physico
Viro Pio et
Dotibus Ingenii cultissimo, deque omnibus bene merito.
Quem perpetua Vita insidiatrix humana

Digitized by Google

Mors acerba
Dum non valuit aperto Marte
Occulta incautum contagio stravit arte.
Eheu! Mortales
Contra vim mortis, non est Medicina in Hortis.
Cui hanc amico singulari Anamnisim
Posuere moesti
Executores
Anno MDCXXXIII. Januarij XI.

Ulterius procedendo, deprehenditur Lapis marmoreus grandis, inter Columnas Ecclesiae oblique jacens Stemmate Rosa et Cruce Archi-Episcopali insignitus atque inscriptus:

Joannes de Łasko Archi-Episcopus Gnesnensis Adoptionis memor Antecessori suo Andreae Rosa de Borzyszchewiczè Anno MDX. Die XX. Aprilis mortuo, Sarcophagum marmore decorat.

Ex opposito Tabula marmorea parieti Ecclesiae inserta continens Monumentum sequens:

Anno Domini MDCLXXIV. die XXX. mensis Aprilis Perillris ac Reverendmus Albertus Stawowski Episcopus Petren. Suffraganeus Gnesn. Cancellarius Vladislavien. Praepositus Uniejovien. et Znenen. Cancus Lovicien. Altaria infrascripta per Insolentiam Sueticam violata, videlicet: Majus Altare in Honorem Ssmae Trinitatis, Assumptionis B. V. Mariae, et Ssorum Joannis Baptistae, Adalberti

Digitized by Google

et Nicolai Pontificum, tum in medio Ecclesiae seu ad Sepulchrum Altare in Honorem Ss. Adalberti et Stanislai Pontificum, inclusis Sanctorum diversorum Reliquiis, consecravit.

Hinc gressibus aliquot factis, apparet inter Columnas Ecclesiae lamina de Aurichalco et figura in antiquo Canonicali habitu expressa, tali Inscriptione circumdata:

Joannes GROTH à Ruda Dybowska Juris Utriusque Doctor Canonic. Gnesn. Vir cum summa gravitate mitis et humilis, Canonum Legumque Lector egregius, ac Verbi Divini Praedicator celeberrimus. Fundator Psalterij in hac Ecclesia primus, ac in omni re sic elegans et nitidus, ut vitae privatae exemplar esset. A carnis gleba absolutus quarto Nonas Julij 1532. Requiescit hic in quiete.

Adhuc inter proxime sequentes Columnas Lapis grandis oblique positus retinens figuram Archi-Episcopi junctis his Literis:

Sbigneo de OLESZNICA Archi-Episcopo Primatique Gnesnen. summo Consilio et Animi Magnitudine praestanti Dictatori et Parenti Patriae, Familia Sancto-Cruciana Dambno vulgo nuncupata 4. Nonas Februar. mortuo MCCCCXCIII.

Ad partem sinistram Epitaphium ita inscriptum:

D. O. M.

Subsiste Viator, et elingue attende
Marmor quod sine voce loquetur.

Digitized by Google

Illmus et Rmus Petrus Glaubicz Rokossowski
Ecclear. Metrop. Gnesn. et Cathedr. Posnanien.
Primicerius

Qui antequam mortalitatis conclusit Scenam, Immortalis Gloriae exhibuit Actum. Tribunalis totius Regni Praesidens, Conflagratae Basilicae istius munerator insignis, Zelo et pietate in Deum fervens, in adversis Christi petra, Recte factis Nomini respondebat semper.

Anno Domini 1764. desiit esse Homo
Requiem aeternam precare Mortuo
et abi.

Rursus ad dexteram conspiciendo, in Columna Ecclesiae geminae figurae, et haec Scripta apparent:

R. D. Gabriel Wysocki de Wysoka á Kiszków Gnesn. Vladisl. Posn. Cancus Sibi Amicoque cariss. R. D. Joan. Gałczyński Cantori Gnesn. Referendario Reg. Pol. Memor Mortalitatis vivus posuit Anno Dni 1617. Quorum Nomina et Ossa tenet nunc ipse mundus. Et Mentes sedent ante Deum meritis ornatae Laborum.

Adhuc in eadem Columna:

Rndo D. Martino Gałczyński Custodi Posnan. Praept. Lovic. Gnesn. Lancic. Canco Viro optimo et Religionis Catholicae tenacissimo Jurium Ecclesiae Defensori et Propugnatori acerrimo vita functo XIV. Aprilis An. D. MDLXXIII. aetatis vero LXXVII.

Erasm. Mieliński Gnesn. Crac. Posn. Crus. Can. Testamenti Curator Consanguineo et confratri moerens posuit.

Digitized by Google

Ex opposito in pariete Ecclesiae duae figurae lapide sculptae, subinscriptaeque:

Rndo Dno Clementi Rudnicki Custodi Gnesn. Archidiacono Uniejov. Viro summa probitate conspicuo ac Religione insigni. Is supremi illius diei memor Sibi ac Fris desideratis: Rndi olim Joan. Rudnicki Archi-Diaconi Uniejovien. Canci Gnesnen. et Posn. Cineribus Quorum Urnam huc aliunde inferri curavit. Vivens Monumentum posuit Anno Dni 1577. aetatis suae 75.

Ante Capellam Łubienianam Crypta, lapide marmore clausa, in quo Literae:

J. R. E. CH. A. M. 1670.

Quae significant: Joannem Rożycki Episcopum Chełmensem Abbatem Mogilnensem.

Supra in pariete Ecclesiae Cenotaphium tali Inscriptione exornatum:

D. O. M.

Mathias Łubieński Armis Pomianus Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archi-Eppus Gnesnen. Legatus Natus, Regni Poloniae Primas, primusque Princeps. Post multa refecta exposita et aere bracteato circa hanc Basilicam Sacella, Critianum hoc vetustate collapsum à fundamentis excitavit, augustiore amplitudine, Altari, picturaque ac Marmore decoravit, et Censu Sacerdotum aucto Cantu Missae B. M. V. figurali quotidiano illustravit, atque hicce Mortali-

Digitized by Google

tatis Exuviis deponendis vivens Sibi Suisque lapidem terminum fixit, sub quem piae matris Barbarae de Zapolice Cineres intulit. Anno Domini MDCLII. Quo Jubilaeum Sacerdotij magno Populi gratulantis accursu, quinquagenarius Presbyter absolvit. Aetatis suae LXXXI.

Ibidem in Pavimento Ecclesiae lapis sepulchralis in quo:

D. O. M.

Virtuti Honori Famae superstiti
Stanisl. Działyński Palatini Marienburg.
Chrisburg — Tolkmit — Capitanei.
Hic ille est

Qui (*hoc loci literae sunt detritae ut legi non possint, sed in quodam Authographo legi fuisse sequentia:*) Qui avita Majorum Decora et gentilitias Ceras propior Meritorum subijt, sustinuit subsidiis Fidei Orthodoxae Zelum, Amorem Patriae, Regibus obsequium constánter in uno probavit Indicium. Terrarum Prussiae Commoda promovit integerrime, ob eximiam morum suavitatem, prisci moris Candorem, dum longiorem meretur vitam, in ortu aestatis properavit ad Occasum et circa fatalia Solstitij expiravit. Anno à Christo nato MDCLXXVII. XXVI. Junii.

Orba Conjux Marianna de Tomice tam ingentis memoriam doloris in hoc marmore consignavit.

Digitized by Google

Proximè Valvas Ecclesiae Australes Epitaphium inscriptum:

D. O. M.

Rndo Dno Andreae Czacki Decano Vladislavien. Cantori Posnan. Cancò Gnesnen. ex antiqua et illustri Familia Suiincorum prognato, Viro magnis naturae dotibus praedito, dicendi vi et libertate admirabili, Principum Virorum Amicitia Claro, Jurium Ecclesiasticorum, Regnique strenuo Propugnatori, Pauperum munifico Patrono. Elisabeth Miedzińska Succamer. Caliss. Consors, Anna Gajewska Neptes, Patruo benè de se merito, moestae posuere. Obiit Gnesnae Anno MDCXII. Die XVII. mens. Septembr. Aetatis Anno LXII.

E regione, Statua lapide sculpta muroque inserta, habens in circum Literas:

Hic jacet Anna Nyechanowska Conjux G. D. Georgii Tomiczki Vexilliferi. Obiit A. D. 1519. Hic lapis positus impensis G. D. Joannis Tomiczki Succamerarij Caliss. Filij 1541.

Lustrato Ambitu Ecclesiae, restant Capellae circa circum sitae, quarum prima á parte dextra est:

Potocciana quondam Sproviana nuncupata, primitive à Joanne Sprowski Archi-Episcopo exstructa, et dotata, quam Celsmus Theodorus Potocki in eum qui nunc conspicitur Statum reformavit, dilatavit, decoravitque. Habet duas portas, tota adinstar marmoris massa condensata vulgo *Mosaika* incrustata. Altare in quo

Digitized by Google

Figura Crucifixi Christi Domini, muratum, pariter incrustatum, ad quod Rndus Poenitentiarius fundi Wola et Komorowo absolvit septimanatim tres Missas lectas Fundationis ejusdem Theodori Potocki Anno Dni 1730. factae. — Item singulis feriis secundis Missa Votiva de Passione Domini Cantoribus voce figurali Passionem decantātibus Fundationis Pauli Kosicki Canonici Gnesnen.

Ex opposito Altaris Mausoleum retinens Statuam Archi-Episcopi, in cujus Base inscriptum:

D. O. M.

Lapis
Quem cernis Viator
Vitae Limes est non Gloriae
Nec premit
Licet gravem meritis in Deum et Patriam
Virum
Sed in Titulum assurgit
Magno in Ecclesia Praesuli
In Senatu Consuli
In Solio Primati
scilicet
Celsmo Excelmo Rndssmo Dno
Domino Theodoro Andreae
à Potok
POTOCKI
Hujus Ecclesiae

Digitized by Google

Archi-Episcopo, Primati, primoque Poloniae Principi. Claritatem generis inquiris? Regnorum Historiam evolve, Illam in Avia Mochileaide Moldaviae Principe ad Graeciae Imperatores

In Matre Soltykia ad Caesares Rossiae

In utraque ad Galliae et Poloniae Reges extendit. Europae Provinciam non tam passibus quam virtutibus peragravit. Romanae Sedis Oraculo Magnum Ecclesiae et Patriae suae Decus in Poloniam rediit.

Aptamque secum ad Honores tulit Indolem, tulit et Merita. Unde Culmenses primò et Varmienses digne gessit Infulas. Deinde ad Religionis Utilitatem Patriae commoda Nominis sui Decus

In Primatialem evectus Dignitatem

Romanam Purpuram ultro sibi oblatam mereri maluit, quam induere Literas (quibus excelluit) ut in alios quoque dispensaret Thorunensem fundavit Theologiam

Ipse Doctorum Magister et Fundator.

De Deo semper disertus, quia in illum semper liberalis. In Varmiensi Dioecesi octo Ecclesias cum Lubaviensi Castro magnifice Lovicii Vicariorum Seminarium itemque Brunsbergae pro Conversis sumptuose

erexit.

Societati Jesu (ut perennem gratitudinem et Amorem mereretur) Cor sepeliendum dedit

Cui Lanciciae Collegium cum Convictu Nobilium Domicilium Varsaviae extruxit.

Post fata Augusti II. Poloniae Regis

Digitized by Google

Tempore Interregni
Regnum administravit gloriose
Prospera et adversa tulit fortiter
Patriam periculis eripuit prudenter
Comitiis priscam faciem restituit laudabiliter
Senatui autoritatem conciliavit publice
Nobilitati Libertatem servavit strenue
Solio Regem Regno pacem dedit providenter
Tandem ab Imperatoribus, Regibus (Quos Patriae conciliavit) adoratus
Ab Hostibus (quos amavit) laudatus,
à Deo
Quem unice respexit
amatus
Aeterna vita dignus vivere desiit Anno 1738
Aetatis 74. — 13. Novembris.
Luxit
Suum Fides orthodoxa Propugnatorem
Patria Defensorem
Senatus Consulem
Pauperes et Pupilli
Patrem
Huic Tumulo illatus
Quem Gratitudo Executorum
Extruxit
Anno Domini 1743.

Digitized by Google

In eadem Capella Sepulchrum lapide Sarcophago clausum habente sculptum Stemma Pilawa ac Literas:

D. O. M.

THEODORUS POTOCKI
Archi-Episcopus hujus Ecclesiae Indignissimus
Primas Peccatorum
Hunc Lapidem ante Mortem
Mihi imposui
1730.
Viator
Vivo Remissionem peccatorum
Mortuo precare aeternam
Requiem.

In eadem Capella Baptisterium aeneum, ad cujus Oram Literae Gothicae depictae, sed ita jam attritae, ut legi non possint. —

Secunda CAPELLA in qua conservatur Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, picturis elegantissimis adornata, et in qua singulis feriis quintis celebratur Missa Votiva et Processio eodem Sanctissimo exposito, vigore Ordinationis Anni 1731. Lampas coram Tabernaculo Sanctissimi noctu diuque ardet, ex Fundatione Karnkoviana Anni 1591. cujus tamen potior pars periit.

In Pavimento Capellae obvius est Sarcophagus de Aurichalco fusus cum Stemmate Szembekoviorum ac Literis:

Digitized by Google

Celsissimus Princeps
Stanislaus in Słupów
SZEMBEK
Archi-Episcopus Gnesnensis
Hic requiescit.

In parietibus Capellae Mausolea de Cupro magnificè elaborata cum Imaginibus Praesulum. In primo legitur:

D. O. M.

Viator subsiste et mirare

Magna enim vix satis miranda, non aeque dolenda cum desinunt in hoc Tumulo.

STANISLAUS in Słupów SZEMBEK Archi-Eps Gnesn. &c.

Patre Castellano Camenecensi, Matre Odrowązia Pieniążkowna Palatini Siradiensis Sorore natus.

Alibi cum tempore, Domi statim Haeresim extirpans Apostolus

Episcopus Dyonisiae Suffraganeus ac Officialis Gnalis Cracovien.

Nullo frangendus Labore Praesul

Sacrae Themidis forti manu lancem tenens Judex Abbas Clarae Tumbae, unius Anni multorum Annorum Pater, Vladislaviensis Episcopus factus, bonus Pastor, et integerrimus Senator. Turbulentissimo ac miserrimo per interna Dissidia et Bellum Sueticum ac varias summas Calamitates Statu Regni durante ad Primatialem Dignitatem Anno MDCCVI. Evectus Rei Publicae si non integre pacandae certè

Digitized by Google

minus turbandae omni Conatu Zelator et Pacis Assertor Archivii et Insignium Regni per mille pericula à praeda, et Arcem Cracovien. vastante flamma sumptibus et Salute Salvator à Juventute sua laboribus innutritus, in agendo nunquam quiescens, aeternae tantum requiei intentus Terrena in usu, aeterna in desiderio habens Viator, Sponsae suae Archi-Cathedralis Ecclesiae Gnesnen. et Collegiatarum Insigniorum, eas Auro, gemmis ac praecipue suppellectili adornans in personas variis Decretis serius Visitator Peste infectis in Clave Liszkovicensi Sacramenta poenitentiae et Eucharistiae administrans, Animarum parens, Synodum Archidioecesanam Lovicii Anno MDCCXX. celebrans, aeger corpore, animo vivax, Boni Spiritualis propagator, Montis Pietatis ibidem Fundator.

Officium pastorale pie, severe, quà publice quà privatim gerens Archi-Praesul Decorem Domus Dei valde diligens varias Ecclesias aere suo à fundamentis fieri, alias reficì, reparari et de paramentis provideri sollicite curans munificus Benefactor. Fabricam Domus et Seminarij Loviciensis perficiens et Capellam S. Caroli novis Altaribus decorans suppellectilem ejus ultra Paramenta varia aureo Calice augens Confundator. Arcis Loviciensis inferioris à fundamentis, Palatij Varsavien. et Skquierniewicen. Restaurator, Seminarium Gnesnen. antiquum desolatissimum reparans, et novum ex integro erigens. Quoad regimen Spirituale et temporale benè disponens Cleri Optimus Pater. —

In omnibus Deo pietatem Ecclesiae Immunitatibusque Ejus Curam ingentem, Majestati et Reipublicae illibatam fidem vivum ac verum Amorem servans, omnibus omnia factus, tantarum Virtutum

Digitized by Google

et tot Titulorum Compendium è vivis Anno Christi MDCCXXI. Die III. mensis Augusti, Anno aetatis suae LXXII.

Terris sublatum, Coelis reddendum
Quiescit
Qui legis ora pro Eo, et disce mori.

In altero Mausoleo:

D. O. M.

Sta Viator et Casum metue
Infirmam mundi Fortitudinem et fastum Honoris sperne potius quam mirare

ubi

Michael Radziejowski S. R. E. S. Mariae de pace presbyter Cardinalis Archi-Episcopus Gnesnensis R. P. et M. D. L. Leg. Natus P. P. P.
Ultimus suae Familiae Haeres
Vitae clausit Terminum sed non Gloriae
Claris ortus Natalibus Patre Hieronymo Regni Procancellario, Matre Euphrosina Comitibus de Tarnów Serenissimo et Invictissimo Joanni III. Poloniarum Regi Sanguine proximus. A Cunabulis ad Purpuram crevit per Ascensus Meritorum. Primo Cracoviensis Ecclesiae S. Mich. Arch. dignus Praepositus, Post Varmiensis Cathedrae dignior Pontifex, et Procancellarius Regni. Demum Sedis Metropolitanae Gnesnensis dignissimus Archi-Praesul. Insuper Ssmi Innocentii XI. P. M. favore in Purpura Cardinalitij Honoris Eminentissimus exstitit, in turbido Reipublicae statu Ecclesiae, Patriae, Libertatis, Pastor Optimus

Digitized by Google

Et sibi et Regno auxit Honorem
In Loviciense Seminarium magnifico sumptu à fundamentis erectum et dotatum
Munificus
In Decus Varsaviensis Carmeli liberalis, in Ornamentum Metropolitanae Gnesnensis Ecclesiae Aureo Argenteoque Apparatu, nec non pretiosis Clenodiis
Beneficus
In mensam Capitularium CXX Millium floren. provisa donatione
Generosus
Vixit Annis LXI. Obiit Gedani, sepultus Varsaviae
Cui
In signum Gratitudinis et immortale Mnemosynon obligatum Archidioecesanum Gnesnense Capitulum hoc posuit
M o n u m e n t u m.

Tertia Capella Doctorum appellata, variis picturis exornata, habet Altare muratum, et ad Latus Imaginem magnam exhibentem Historiam Martyrii S. Erasmi. In eadem Capella est Fundatio Altaris tituli Ss. Lasari et Marthae Poenitentiarijs incorporata cum Onere legendi Missae Sacrificium septimanatim, et singulis Anni Quatuor Temporibus. — Ibidem alia Fundatio Guilhelmi Robertson Canonici Gnesnen. in hac Capella sepulti, Anno 1750. facta pro Lectura Missae septimanatim. *Contra Altare Epitaphium retinens Inscriptiones:*

Digitized by Google

D. O. M.

Rndus D. Thomas Jossicius à Skotniki U. J. D. Canon. Gnesn. Cantor Vislicien. diu multumque olim apud Illrm. D. Cardinalem Maciejowski Dnum Clementiss. variis in Eccelesiae Dei muniis Luceoriae in Volhynia, Cracoviae, Gnesnae, pluribus Annis obeundis, felicissimus, hic tandem quievit. Deus sit propitius A. D. 1612. mens. die Pos. Cap.

D. O. M.

Rndus Dnus Vincentius Ocko Doctor Physicus Gnesnen. Lovicien. Canon. eximiis Naturae Dotibus ornatus, re magis quàm voce Artem suam professus, Morborum naturae humanae peritissimus, apud Principem Illmum Stanislaum Karnkowski Archi-Eppum maximo in honore ac amore habitus, Vir in curandis morbis etiam gravissimis compluribus locis summae dexteritatis. Annos octo et quinquaginta natus. Ejus Ossa hic quiescunt. Anno Dni 1612. Pos.

Sacristia Cleri minoris, de qua Introitus in aliam Sacristiam Illsmorum Praelatorum et Canonicorum picturis optimis adornatam. Ladis et Armarijs decentibus, nec non Paramentis aliaque Suppellectili ad Sacra facienda necessaria, cùm Celsmorum Archi-Episcoporum tum Praelatorum et Canonicorum pietate ac liberalitate apprime provisa. — Deest Casula S. Adalberti quam in festis solemnibus exponi solitam fuisse constat ex Actis Capituli An. 1643. circa Incursionem Sueticam cum alia suppellectili pretiosa ablata. —

Digitized by Google

Stemma Wężykovianum supra Januam Sacristiae Praelatorum in marmore sculptum, denotat: Joannem Wężyk Archi-Episcopum utriusque Sacristiae Fundatorem fuisse.

Quarta Capella Tituli S. Valentini Mart. in qua Sepulchrum Adm. Rndorum Vicariorum Ecclesiae Metropolitanae Gnesnensis, à fundamentis per Celsmum Mathiam Łubieński Archi-Episcopum An. Dni 1646. restaurata, habens Altare muratum, apte exornatum, è cujus regione Epitaphium ac in eo Elogium:

D. O. M.

Pios Cineres

Perillris Rndssmus Dnus Gaspar Chudzyński S. Theologiae Doctor XLIX Annorum Sacerdos, Primum Seminarij Archidioecesani Praefectus, Poenitentiarius Metropolit. Kcynen. Praept. ac tandem Cathedralis Gnesnen. XXXIV. Annorum Cannonicus et Judex surrogatus (quod Munus adhuc Seminarii Praefectus exercere coeperat) Justitiae cum Clementia aequus ac sapiens arbiter indefessus Annis XV. continuis Apostolici Spiritus Concionator. Sacerdotalis vitae idea et Amussis, Pater pauperum munificentissimus, omnibus amabilis, meritis in Deum et Ecclesiam plenissimus, jucunda senectute, pulcherrima morte, omnium dolore

Resolutos

Anno aetatis LXXIX. Christi MDCXCVIII. Die XVIII. Decembris hic repositos

Jam Ejus Animam ad beatam aeternitatem devoto Suffragio comitare

Viator

Digitized by Google

Posuerunt ultimae voluntatis Executores perillres et Rendssmi Dni Lucas à Czermin Czermiński Gnesn. Crac. Franciscus Josephus Krazkowski Gnesn. Vielun. Sebastianus Jeliński Gnesn. Canonici

Tum

Grati Patrui sui Successores

Perillris et Adm. Rndus Dnus Martinus Ss. Omnium Canon. et Nobilis ac Spectabilis Dnus Nicolaus Consul. Cracovien.

CHUDZYŃSCII

In Memoriam tanti Viri perpetuam.

QUINTA CAPELLA SANCTAE CRUCIS ad Sepulturam Illsmorum Praelatorum et Canonicorum istius Ecclesiae destinata, in qua Altare muratum Massa mosaica incrustatum retinens Figuram parvam Crucifixi Christi Domini Miraculis insignem. Ista Anno 1657. instante Rege Joanne Casimiro in gravissimis Reipublicae periculis pro Praesidio et Auxilio Dexterae Divinae implorando extradita, postea autem restituta, pro majori reverentia è parvo Altari sub choro ad Latus Stallorum quondam sito ad hanc Capellam et Altare translata est Anno 1661. — Ad id Altare est Fundatio pro Missae Sacrificiis bis in Septimana legendis Francisci Kraszkowski Suffraganei Gnesnensis. Anno Dni 1732.

In lapide quo Sepulchrum est clausum, sequens legitur adhortatio ex alio antiquiore lapide fracto transumpta:

Fuimus et non sumus

Estis et non Eritis

Hodie Nobis cras Vobis

Digitized by Google

Quia statutum est omnibus
Semel mori
Ergo orate pro Nobis
Et prospicite Vobis
Uti viximus in Unitate
Ita fruamur felici aeternitate
Fratres amantissimi
MDCCXCVI.
Abite et novissimorum
Mementote.

In parietibus Capellae:

D. O. M.

Devota suo Capiti Corda Celsmo et Rmo Dno Adamo Ignatio de Liptòw et Orawa Komorowski, Archi-Eppo. hujus Ecclesiae Primati Primoque Principi Regum Regnique Amori, Patriae, Legum et Ecclesiarum Defensori, Viro Consilii et Eloquentiae Magno, Cui et Succedaneis Benedict. XIV. purpureum Muricem perpetuo concessit. Lapidem hunc posuerunt Morte extincto die 2da Martii Anno Dni MDCCLIX.

D. T. O. M.

Nec non perenni memoriae Perillris et Adm Rndi Dni Suentoslai à Strzałków Strzałkowski, S. T. D. Archid. Posnan. Gnesn. Lovicien. Canci S. R. M. Secret. Illmorum olim Andreae de Bnin

Digitized by Google

Opaliński Eppi Posnanien. et Joan. Wężyk Archi-Eppi Gnesn. Praelati Domestici, cujus tanta in Deum pietas, Amor in Patriam, Benevolentia in Amicos extitit, ut quidquid Virtus, Doctrina et Industria Fortunarum sibi peperit, id totum Deo, Ecclesiae, Patriae, et Amicis contulit. Posnaniae in Ecclesia Collegium septem Presbyterorum ad decantan. quotidie temporibus perpetuis Sacrum Votivum *Rorate* erexit et dotavit. In Strzałków Patria sua Ecclesiam à fundamentis extruxit et dote auxit, supellectili argentea insigni, tum in Vestibus sacris exornavit, Ministris Ecclesiae Salaria instituit. Amicis sanguine junctis haeridatatem non mediocrem reliquit, atque ita non inglorie ille vixit Qui nemini obfuit, Ecclesiae vero, Patriae et Amicis profuit. Cui tu Lector vitam precare aeternam. Obiit Gnesnae Anno MDCXLVI. mense Septembri die 11ma, aetatis suae LXIII. Executores Testamenti posuerunt.

D. O. M.

Viator memorem te Lethi vel haec Urna monet, quae Cineres claudit Perillris et Rmi Stanislai Żeromski Scholastici Culmen. Gnesnen. Can. S. R. M. Secretarii. Hic Gente Gryphius, Vocatione Sacerdos, Honore Praelatus, Dignitate Cancus, Virtutis amantior, in pietate non segnis, in zelo contra Haereses Magnus, Hospitalis Munificus, Caeterum ut Homo Tua pro se ad Deum avet suspiria, ut gaudia aeterna possideat.

Digitized by Google

D. O. M.

Ac piis manibus Perillris olim et Rmi Dni Mathiae Rola Zbijewski Canci Gnesn. Praepti Skorzevien. in cultu Divino exercendo, indefessi, in bono Capitulari studendo probati, in liberalitate erga Clerum assidui, memor sui Confratris Capitulum mortuo Anno Dni MDCCXXI. die XXII. Decembris hoc ponere voluit Mnemosinon. Qui legit, pro Defuncto oret, et discat mori.

Sexta Capella Tituli Conceptionis B. Virg. Mariae quondam Latalsciana, nunc Gembicciana, in qua Joannes Latalski et Laurentius Gembicki ambo Archi-Episcopi Gnesnenses quiescunt. Hanc desertam et ruinis spirantem Petrus Gembicki Episcopus Cracoviensis Nepos Laurentii Archi-Episcopi instauravit. Officiis quotidianis Missarum (quae Collegio Adm. Rndorum Poenitentiariorum inhaerent) facta Fundatione Anno 1649. decoravit, ac Epitaphio Patrui sui adornavit, in quo haec legitur Epigraphe:

D. O. M.

Laurentius Gembicki

Archi-Eppus Gnesnen. Regni Primas, primusque Princeps. Antea vero ex Secretario Supremo Culmen. Vladislavien. Episcopus et simul ob Virtutis Praerogativam

Supremus Regni Cancellarius.

Vere natus omnibus prodesse Nemini obesse.

In quo

Zelus cum pietate cordata

Innata bonitas cum benefaciendi studio

Digitized by Google

Summa prudentia cum admirabili Eloquentia
Dulci Ambitu certantes
Huic saeculo venerabile miraculum ad omni Posteritati aemulandum Archetypum reliquerunt.

Excessit meritorum plenior quam aevi Anno aetatis Heroibus adverso 63. Anno Dni 1624. die X. Februar:

Posuit Petrus Gembicki Eppus Praemyslien. Decanus Cracovien. Praeptus Gnalis Miechovien. et Plocen. Supremus Regni Cancellarius.

Patruo et Benefactori de se meritissimo.

Contra Mausoleum Gembiccianum, statua in Ornatu Archi-Episcopali jacens subinscripta:

Joannes de Latalice Posnan. Cracov. Eppus tandem Archi-Eppus Gnesnen.

Septima Capella primitivè Drya, ad praesens Kołudzciana dicta, quam prout nunc conspicitur, totam lapide marmore instructam cum Altari Crucifixi Domini è simili lapide erecto pro Sepultura sui electam Rmus Simon Kołudzki Praepositus Gnesnen. pro Praebendario et sex Capellanis Presbyteris, duobus Clericis fovendis, Qui Officium de S. Cruce et Missae Sacrificia quotidie decantarent, dotavit Anno Dni 1652. Sed post ademptam Anno 1774. per Successores Fundatoris Consanguineos Dotem, ac pensionem pecuniariam improportionatè assignatam, ad Ordinationis Fundatoreae Reformationem itum est, hac ratione: quod Numero Capellanorum

Digitized by Google

reducto, adhuc Officium ac Missae Sacrificium in Cantu quotidie celebretur. —

In Pavimento Capellae Sarcophagus, cui incisae Litterae:

S. K. P. G.

Ex opposito Altaris Epitaphia duo, in primo:

D. O. M.
Matri Virgini
Sacellum hoc
Ornavit et dotavit
Rndus D. Simon Kołudzki Praeptus hujus Ecclesiae
et S. R. M. Secretarius
Anno Salutis MDCXLVII.
Mortuo aeternam vitam precare.

In secundo.

Simonis Kołudzki Praepositi Gnesnen. Custodis Plocen. Scholastici Vladislavien. Canci Cracovien. S. R. M. Secretarij
Vita hic superstes esto.

In scribendis Literis primùm Stanislao Karnkovio, post Alberto Baranovio Archi-Eppis Gnesn. condigne intimus. In moderandis Judiciis Regni supra vigesies pro Legibus aequus. In tractandis Eccleae ac Reipublicae Negotiis ad supremum Spiraculum utiliter assiduus. Voluntate Serenmi ac Prudentmi Vladislai Quarti Regis Joanni Alberto Poloniarum et Sueciarum Principi S. R. E. Cardinali et Eppo Cracovien. Spiritualium, Temporaliumque prudens Oeconomus, Spes alias Fortunae Labore non Ambitione mereri vo-

Digitized by Google

luit. Exindeque oblatos Episcopatus ac post Episcopatum Chelmen. Vladislai Quarti Regum felicissimi laudabili Censura ultro sibi delatum modestè recusavit. Nullibi otiosus ubique proficuus, quotidie Hospitalis, Gnesn. Cracovien. Plocen. Episcopatum Sede vacante Administrator laudabiliter rexit. Rem familiarem nullius dispendio auxit. Ingenia decora Principum favoribus admovit. Multorum promotioni exemplo et adjumento inservivit. Procaces gravitate, Contumaces modestiâ, Impetuosos prudentiâ temperavit. Naturam Rationi, Rationem Divinae Menti subjecit. Dumque supra 86. superasset Annos Plenitudinem Dierum, Portioni Dominicae intulit. Mausolei istius unà cum Capella ejusque octo Sacerdotiis munificus Extructor, ac ex Asse in Vivis Fundator.

Octava Capella antiquitus Strzeszkonis, postea Sulimarum nuncupata, in qua Altare S. Andreae Apostoli de lapide marmore structum, et duae Fundationes: altera Siemianoviana, et altera Celsmi Andreae Olszowski Archi-Episcopi. — Ex adverso Altaris Mausoleum marmoreum cui imposita statua ejusdem Archi-Episcopi ex Alabastro sculpta, addito ejusmodi Epitaphe:

D. O. M.

Piis manibus ac perenni memoriae Andreae Olszowski Archi-Eppi Gnesn. L. N. R, P. M. D. L. Primatis, Primique Principis.

Qui limatam peregrinationibus per Europam Indolem, in Regiam ferens ac inter decora Eminens Ingenia, Referendariatum mox Culmensem meruit Eppatum. Annulum Regni ultro non ambienti

Digitized by Google

delatum per Octennium, memorabili prudentia, Dexteritate obvia comitante

Tantum gessit Magistratum.

Ad Supremum in Regno Honoris Culmen tandem evasit. Dum Majora pro Ecclea Republ. meditatur. Exuit Gedani Mortalitatem 29. Augusti 1677. aetatis 56, Avunculo beneficentissimo Tumulum hunc moerens erexit

Andreas Załuski Eppus Kijovien. et Czerniechov. Abbatiae Vachocen. Administrator S. Reg. Mtis Cancellarius.

Nona Capella quondam Bogoriana postea Wydzgoviana. Altare in ea B. Virg. Mariae de Częstochowa Impensis Balthasari Pstrokoński Canonici istius Ecclesiae Zelo Cultus Divini ac Literarum Scientiis conspicui, in Sepulchro Capellae supra Nro. 3^tio^ Doctorum sepulti, muratum et Capella tota adornata; ad quod ex Fundatione Celsmi Joannis Wydzga Archi-Episcopi singulis sextis Feriis Missa Votiva in Cantu celebratur vigore Ordinationis Anni 1686.

Decima Capella olim Gniazdoviana ad praesens Sławinsciana. In hac Altare muratum tituli S. Stanislai Ep. Mart. et Fundationes: altera Illsmi Joannis Gniazdowski Suffraganei Gnesnensis pro Septimanalibus, et altera Stanislai Sławiński Cancell. Metr. Gnesn. pro lectis quotidianis Missae Sacrificiis Anno 1660. factae. — Monumenta duo marmorea tertium de Aurichalco fusum, his verò Inscriptiones sunt:

Digitized by Google

D. O. M.

Stanislaus Szawiński

Cancell. Gnesn. Archid. Lancic. Can. Posnan. S. R. Mttis Secrius

Laboribus, Morbis, Aerumnis ac Senio confectus

Hic quiescit.

Faxit Deus

Ut caduca functus vita

Aeternam in Coelo vivat

Aetatis Anno LXVIII.

Reparatae Salutis MDCLXI.

Novembris 12. mortuus.

D. O. M.

Illsmum ac Rendsmum Dnum

Joannem a Rożyce Rożycki Gentilitii Splendoris ac Gloriae Rectefactorum è Cumulo huc translatum ad Tumulum

Dura Eheu in Metaphora lege luge Viator

Quem

Serenissima Vladislai IV. et Joannis Casimiri

Regia à Latere 24 Annis

Fidum habuit Achatem

Supremum Regni Thesaurus probavit Notarium

Excellmum Poloniae Tribunal Posthumum veneratur

Praesidentem

Multorum tandem unus Merita emensus atque Dignitas. Eppus Chelmen. nec non Abbatiae Mogilnensis

Digitized by Google

Administrator Perpetuus
Ultimam aetatis suae 66. die 4. Junij Anno 1669.
Fecit periodum
Cui
E vivis erepto
Perennem Desiderii Cultusque perpetui Testem
Haec marmora
Gnosus ac M. Dnus Joannes Sebastianus in Stawice Osiecki Vexillifer
Bresten. moestus ex Sorore Nepos
Et Executor posuit.
H o s p e s
precare mortuo Requiem
Habiturus eandem.

D. O. M.

Joann. Gniazdowski Eps Theodos. Suffragan. Gnesn. Abbas Mogilnen. de hac S. Eccla Monrioque Mogilnen. bene meritus multis pro Reipubl. Laboribus Legationeque ad Rudolphum II. Rom. Imp. Renunciato Pol. Rege Sigismundo III. ab Ordinibus Regn. perfunctus, Mortalitatis memor vivens hoc sibi Monumentum posuit. Sacellum exorn. dotavitque Sacris facien. pro Anima sua Propinquor. Benefactorumque. Posteri Fati communis mem. Quietem precentur.

Undecima Capella quondam Dolivarum nunc Baranoviana, Tituli Passionis Christi Domini et Annuntiationis B. Virg. Mariae

Digitized by Google

per Illsmum Sebastianum Żydowski Eppum Suffraganeum Gnesnensem cum Fundatione trium in Septimana Missarum extructa; successivis autem temporibus sumptu Celsmi Alberti Baranowski Archi-Episcopi, in qua sepultus est, à fundamentis in formam ampliorem excitata, Lapide marmoreo exornata, atque pro conservando Praebendario et Capellanis Missam Votivam de B. V. Maria „Rorate“ celebrantibus, dotata. — In eadem Capella Mausoleum, in quo Statuam Baranovij conspicatus haec leges:

Albertus Baranowski
Mortalitatis Onus hic deposuit
Sigismundo Augusto Rege
In Aulam ab Academijs venit.
A Stephano Batoreo
Secretarius primum Major, dein Regni Vice-Cancellarius, simulque
Episcopus Praemyslien. creatur.
A Sigismundo III.
Episcopus Plocensis post Vladislavien. et Pomeraniae
Tandem Archi-Eppus Gnesn. Legatus Natus.
Regni Poloniae Primas, primusque Princeps.
Pius, Rectus, Prudens, Gravis, Constans, Animosus.
In bonos munificus, in malos severus.
Ecclesiae laudabiliter praefuit, Rempublicam sincere amavit,
Consiliisque juvit, Domum ordinatè gubernavit
Haec
Immortalitatis Gloria celebrabit
Tu, quisquis es

Digitized by Google

Ingemisce sidus Patriae et Columen Ecclesiae
Aeternumque ut vivat apprecare.
Obiit Lovicii Anno Christi MDCXV.
Die XXIII. mensis Septembris, Aetatis suae LXVII.
Archi-Episcopatum gubernavit Annis VII.

DUODECIMA CAPELLA ex duobus angustis Sacellis fabricata ab earum Fundatoribus vel Restauratoribus appellata, videlicet: Przedvogii Grandi Praepositi, Jacobi de Sienno, Andreae Critii et Nicolai Dzierzgowski Archi-Episcoporum, Tituli S. Nicolai. Altare muratum. Fundationes: Dzierzgoviana Anni 1555. pro Lectura Missarum, alia Simonis Skiwski Canonici Gnesnen. Medicinae Doctoris pro Missae Sacrificio quavis sexta Feria absolvendo. — Mausolea duo, ac in his Figurae Ornatu Pontificali indutae de marmore rubeo elaboratae, jacentes. —

Infra primum Inscriptio:

NICOLAUS DZIERZGOWSKI Archi-Eps Gnesn. et Primas atque Legatus Natus in multis et varijs Reipublicae Curis ac Muneris sui gravissimis Negotiis, de sempiterna Requie solicitus, vivens sibi posuit MDLIIII.

Quietem Posteri non invideant
Qui secus mentem Illis bonam precamur

Digitized by Google

Secundum Mausoleum Celssmi Andreae Critij Archi-Episcopi, fuit antea in Capella ultima sed post Reformationem Capellae Lubienianae hic translatum. Lapis in quo continebatur Elogium Critii periit, quod tamen teste Damalevitio fuisse constat, prout sequitur:

Reverendo in Christo Patri D. Andreae Critio Archi Episcopo Gnesnensi &c. incomparabili Viro de Religione atque Repub. benè merito, multisque Naturae atque Ingenii dotibus insigniter praedito, postremum hoc pietatis munus ab Amicis charam Illius memoriam retinentibus positum, moritur Anno Dni MDXXXVII. Aetatis verò suae LIIII.

Decima tertia Capella è Porticu laterali Ecclesiae reformata. Ad eandem Porticum fuerunt Valvae aeneae, de quibus initio hujus operis scriptum, successivè in alia porticu Turri Ecclesiae Australi proxima appensae, jam verò lapides marmorei aditum in ipsam Ecclesiam quondam cingentes ad Introitum Sacristiae exornandum translati sunt. Traditio fert, hunc esse locum, quo Jaroslaus de Skotniki Archi-Episcopus Cadaver suum pertuso pariete in Basilicam inferri ultima Voluntatis Ordinatione disposuit. Altare impensis Josephi Ryczywolski Canonici muratum et Imagine S. Joseph Sponsi B. V. Mariae, Varsaviae in Regia Picturarum Officina, depicta donatum. —

Contra Altare spectatur Imago sub qua Monumentum de Lamina aurichalcea Elogium sequens continet:

Digitized by Google

D. O. M.

Xiądz Maxymilian z Skrzetusza Skrzetuski Kanonik Archi-Katedry Gnieznieńskiey, Opat Kommendataryusz Wągrowiecki, Mąż znakomitey Zasługi w Oyczyznie, zaszczycony Urzędem Prezydenta Trybunału Koronnego pod rok 1776. sprawiał go z nieznużoną troskliwością, którą łożył na utrzymanie praw sprawiedliwości; zkąd zjednał sobie Szacunek u Tronu, à Sławę u Narodu, wspieraniem upadłych w mądrych radach i dzielney Obronie; iakiemi przymiotami zasłużył sobie na miłość i wdzięczność Obywatelów, à przeto w pamięci ich błogosławionym iest. Szacunek Zasług swoich pomnożył ieszcze W. Mąż ten choynym nakładem w Archi-Katedrze Gnieźnien. nieoszczędzaiąc kosztu na kaplicę pod Imieniem S. Jozefa założoną, którą procz Ozdoby y wspaniałości, opatrzył Funduszem Mszy odprawiaiącey się w Niedziele i Swięta po Kazaniu. Czynność ta wielkiey choyności iest dowodem osobliwey pobożności Męża tego ku Kościołowi i Swiętem. Poźna potomność wiekopomnie sławić będzie znamienitą pamiątką Męża tak zasłużonego Oyczyznie i Kościołowi, à nieśmiertelność Koroną chwały uwieńczać Go nieprzestaie.

Decima quarta Capella ad praesens Łubieniana nuncupata, habet duas portas, Altare muratum tituli Purificationis B. V. Mariae, à cujus latere dextro usurpatur Oculis Mausoleum de Marmore lapide elaboratum cum Simulacro Celsmi Mathiae Łu-

Digitized by Google

bieński. Tanti viri memoria meritò commendata est tali Inscriptione:

D. O. M.

Mathias Łubieński Suentoslai et Barbarae de Zapolice Filius, Stanislai Episcopi Plocen. Alberti Pultovien. Praepositi, Canonici Cracovien. Sophiae Abbatissae Olobocen. et Martini Soc. Jesu Theologi germanus Frater, in Aula Sigismundi III. piè versatus, ex Minoribus Sacerdotiis et Regente Cancellariae Praepositus Miechovien. Custodum Ssmi Sepulchri Domini Eorum professus Institutum, post à Gregorio XV. Chelmen. Ecclesiae, ab Urbano VIII. Posnanien. deinde Vladislavien. Praefectus, tandem Nominatione Vladislai IV. ad Archi-Episcopatum Gnesn. Primatum, Principatumque Regni provectus est

Qui

Summa in Deum pietate et admiranda Humilitate cunctis exemplaris, raroque Animi Candore amabilis, Ludovicam Mariam Jilius Regis Consortem Diademate cinxit. Joannem Casimirum Regem renuntiavit, et coronavit. Basilicam hanc ruinis proximam stabilitati nitorique restituit et Censibus ampliavit. Australem Turrim á Fundamentis eduxit ac Aere bracteato contexit. Ecclesiam sponsam cujus semper Decorem dilexit supremis Tabulis Haeredem scripsit.

Tandem

Alberto Łubieński Castellano Siradien. Przedecen. Capitaneo ex Fratre Martino Starczewski Abbatiae Tremesnen. Administratore Regni

Digitized by Google

Referendario ex Sorore, et Andrea Trzebicki Regni Pro-Cancellario Praepto Plocen. Nepotibus ac sui Testamenti Executoribus comploranti bus, Dierum Gloriaeque plenus Lovicij placidè obdormivit Anno Dni MDCLII. XV. Calend. Septembr.

Sub Pavimento Sepulchrum, in quo dictus Praesul ultimum diem Immutationis praestolatur.

Hic notare juvat: quod Capella Łubieniana ex duobus separatis Sacellis est reformata, prima Capella ac loco ubi nunc Altare situm, fuit olim Capella Regalis, et ad quam fundati sunt Mansionarij per Nicolaum Trąmba Archi-Episcopum Anno 1422. qui singulis diebus Officium ac Missam de B. Virg. Maria decantarent, in hac Jacobus de Sienno Archi-Episcopus fuit sepultus. Eam Capellam exornandam, et Tumulum in ea erigendum concessit Rndssmum Capitulum Metropolitanum Joanni Rożycki Praepto Gnesnen. Eppo Chełmen. Anno Dni 1667. — Istam Capellam sequebantur aliae duae, altera Hebdarum et altera Kriciana. Hanc primodictam Celsmus Mathias Łubieński Archi-Episcopus restauravit, per adjunctionem Capellae Kricianae dilatavit, Collegium Mansionariorum ex Capella Regali seu Sienniana transtulit; insuper Praebendarium Qui Missam Votivam de B. V. Maria quotidie in Cantu celebraret, fundavit Anno Domini 1647. Porro Celsmus Vladislaus Łubieński Archi-Episcopus Fundationem hujusmodi auxit. Verùm, postquam nova Stuba Capitularis supra Portam aeneam constructa est, hinc ultimò-

Digitized by Google

dicta Capella pro aditu ad Stubam eandem conversa; et locò illius Sacellum Rożyckianum seu Capella quondam Regia adjuncta, ita: quod adpraesens Capella Łubieniana ex Sacellis Rożyckiano et de Hebde componatur.

Omnes Capellae suprascriptae praeter unicam Potoccianam habent Portas formâ Arcuum marmoreas elegantis operis, Pavimentum lapidibus marmoreis stratum, ferreis Cratibus clauduntur. Quondam numerosiora Altaria reperiebantur cum suis Fundationibus ac Ministeriis; et quorum meminit Vincentius à Seve olim Celsmi Karnkowski Familiaris, in Jure Canonico peritissimus, et de hâc Ecclesia benè meritus in Actis suae Visitationis Anno 1609. atque Ego recensui in mea Consignatione Fundationum ex Commisso Rndssmi Capituli Metropolitani elaborata Anno 1814.

His accesserunt novae Fundationes Missarum, uti: Suentoslai Strzałkowski Canci Gnesn. Anno Dni 1645. — Adalberti Pilchowitz Suffraganéi Varmien. Canonici Gnesnen. Anno Domini 1666. — Mariannae à Tomice Działyńska Palatinae Marienburgen. Anno Dni 1683. — Dominici Tomicki Canonici Gnesn. Anno Dni 1755. — Celsmi Adami Komorowski Archi-Episcopi Anno 1764. — Christophori Dobiński Eppi Suffraganei Anno Dni 1760. et 1769. — Sed quum Altaria per Ecclesiam ac in Capellis frequentiora circa Restaurationem illius sublata fuissent, etiam Missarum Onera iis annexa ad Capellas et Altaria supra enumerata, translata sunt.

Restat Stuba antiqua Capitularis sub Choro musicali, de qua superius fecimus mentionem. In hac supra Portam Lapis marmor

Digitized by Google

patenter parieti insertus, eique incisum Statutum, de ordine in Capitulis tenendo; hinc à dextris Effigies picta Mathiae Łubieński, à sinistris Laurentij Gembicki, ex hujus opposito Stanislai Karnkowski Archi-Episcoporum. In parietibus collateralibus Imagines formâ Arcuum juxta Lacunar Stubae appensae, altera Occisionem S. Stanislai Eppi Cracovien. inter Missae Sacrificium, altera Translationem Corporum Ss. Martyrum in Eremo propè Casimiriam trucidatorum ad hanc Ecclesiam exhibentes. —

Ibidem reperitur Theca cum sacris Reliquiis ad formam Libri argentea deaurata, foris ex una sui parte habens expressam Historiam Passionis Christi, ex altera Effigiem Crucigeri coram B. V. Maria genuflexi. Inscriptio Literis Germanicis talis:

Thusunt drihundirt jor unde ach unde achzic jor, do lis machen Bruder Thile dagister von Lorich Huskumpthur.

Nach Gotis gebort zum Elving dese thofil in unser liren frowen Here unde der heiligen der heiligetun hy in ist.

Intus, parte ab una Figura Crucifixi Christi Domini, parte ab altera Figurae parvae Sanctorum ac Sanctarum. Circumcirca Sacrae Reliquiae. —

Adhuc nova Stuba Capitularis Consilijs Praelatorum et Canonicorum destinata, ad quam Porta Capellam Łubienianam et Porticum Ecclesiae inter marmorea; ex eadem Stuba accessus ad Archivum, in quo ultra plurima antiquissima originalia Documenta, conservatur *Liber Beneficiorum* Archi-Dioecesis Gnesnensis. Is tempore

Digitized by Google

Sigismundi I. Regis Poloniae, operâ autem Illsmi Celsmi Joannis Łaski Archi-Episcopi Gnesnensis conscriptus est; in quo Dotes ac Proventus Beneficiorum Archi-Dioecesis Gnesnen. adnotati reperiuntur. Ejus Conscriptionis Annus ponitur 1521. In tuendis Ecclesiarum et Beneficiorum Juribus aequipollet Erectionalibus eorum Documentis. —

Quin adhuc Ecclesia deseratur, restat Bibliotheca supra porticum Ecclesiae Aquilonarem, ubi inter Copiam diversorum Librorum conservantur Sacra Biblia in Charta magna pargamenea scripta per Casimirum Magnum Regem Poloniae huic Ecclesiae Testamento legata. Breviaria item, Ritualia, Missalia Ecclesiae Gnesnen. antiquissima. Postremò notamus, plura olim fuisse Epitaphia ac Monumenta in Ecclesia Metropol. Gnesnensi, Sarcophagos etiam Lapides aliquot de Sepulchris transportatos esse; quod Restauratoribus exustae vel devastatae aliquoties Basilicae attribuitur. Sepulchra etiam seu Cryptas non semel, ultimariè autem Anno 1787. expurgata fuisse.

Sed jam Ecclesiam relinquendo, et Porticu illius Aquilonari foràs progrediendo, en Columna murata, in loco quo olim Oratorium Tituli S. Stanislai Ep. Mart. à Joanne Łaski Archi-Episcopo pro Sepultura sui Corporis post Annum 1515. extructum fuit, sed ob ruinas suas ad finem saeculi proximè praeteriti demolitum, Exuviae Łascii de Sepulchro levatae, Annulus aureus cum Saphiro Lapide stemmate Korab Łascii proprio insignitus, donatus per Rmum Capitulum Celsmo Krasicki protunc Archi-Episcopo Gn

Digitized by Google

snen. Anno Dni 1799. Exuviae Praesulis in Base Columnae depositae, et Sarcophago, sub quo antea quiescebant, occlusae. In hoc cernitur sculptum Stemma Korab et Inscriptio sequens:

> Joannes de Łasko ex Cancellario Regni Archi-Episopus Gnesnensis, Legationis Natae Auctor, Terram Figuli ex Urbe et ab Hierosolymis inducit, qua Coemeterium hoc conspergit, et Urnam Glebae Suae hoc Loci ponit. Moritur tandem Anno Domini 1531. —

Quia Coemeterium Oratorii suprascripti conspersum fuit Terra à Joanne Łascio Hierosolymis allata, propter hoc Locus ille usque in diem praesentem *Ager sanctus* nuncupatur. Quantum ex Fastis Ecclesiae constat, in hoc Coemeterio sepeliebantur Sacerdotes grassante peste demortui; gravissima autem fuit quae vix non omnibus Sacerdotibus absumptis, tribus duntaxat superstitibus, cessavit Anno Dni 1709. Ob eam rationem cessavit quoque Cultus Divinus in Ecclesia Metropolitana, rursus Anno eodem festo S. Joannis Baptistae introductus.

In eodem Coemeterio situm est Campanile, in loco demolitae antiquae ruinosae Turris Campanilis, et in qua fuit Horologium sonans, munatum; in eo pendet Campana magnae Molis Adalberti nomine appellata. Habet in diametrum latitudinis Ulnas quatuor, in altum Ulnas tres quadrante unico dempto. Pondus illius ignotum; constare tantùm ex Actis Capituli, Celsmum Potocki Archi-Episcopum pro ejusdem transfusione Decem Millia florenorum et

Digitized by Google

duo Busta argentea dedisse. Ad Summitatem Campanae sunt Literae:

Per Merita Sancti Adalberti Christe nos exaudi, atque Ejus precibus Nobis succurre miseris. Dein: *Divino Auxilio fudit me Michàél Wittwerck Gedanensis Anno* 1726. In medio Campanae versus Orientem Figura S. Adalberti; supra quam scriptum: *S. Adalbertus.* Sub eadem Figura: *Vocem meam audient.* Ad plagam meridionalem Stemma Trium Rosarum, circa quod Literae: *S. S. A. E. G.* Infra autem: *Loquitur Rosas.* Contra Occidentem, Stemma Potoccianum *Pilawa* Literis his circumductum: *T. P. A. G. L. N. R. P. Mque D. L. P. Pque P. A. T.* Sub Stemmate: *Fugite àéreae tempestates.* Versùs Aquilonem Stemma trium Sagittarum Stawówscianum circumscriptum: *A. S. E. P. S. G.* Sub Stemmate: *Stimulamus ad aras.* Supra labium Campanae in Circulum: *Requiem Alberto Stawowski Suffr. Gnesn.* 1687. *primo Conditori. Requiem Stanislao Szembek Archi-Ep. Gnesn. Benefactori: et in nubes loquar Annos Theodoro Potocki Archi-Eppo Gnesn. Qui et hac forma et vitâ me reanimavit* 1726.

Legi fuisse olim in agro sacro puteum, de cujus reformatione adhuc Anno 1601. actum, quin tamen vel minimum ad praesens illius extet Vestigium. —

Digitized by Google

Coemeterio praedicto confinis est Ecclesia Sancti Georgii Mart. cujus eadem quae Poloniae conditae aetas est. Nam cum Lechus sexto post Christum natum saeculo in has partes venisset, et Gnesnae Sedem suam fixisset, ibidem in arce in monte Lechico in diem praesentem ita vocato Aedem construxit, ac Idolis quae tunc more Paganorum pro Diis colebantur, dicavit. — Structura hujus Delubri lapide campestri ruditer secto et impolito, angustisque finibus, nam in longum triginta sex, in latum duodecem Cubitis sive Ulnis circumscripta constabat; illamque non ad Libram et Lineam Architectonicam, sed rudissime aedificatam vel exinde apparebat, quod superior murorum pars latius protensa, arctioribus fundamentis non correspondebat. — Fanum deinde hocce Miecislaus I. Fidem Christi amplexus, ejectis ex illo Idolorum Simulacris, ac in vicinum Lacum *Swięte* dictum projectis, Deo in Honorem S. Georgii Mart. in Templum et Altare consecrari voluit, Ecclesiam fecit, ac in illa (priusquam Basilica Metropolitana condita esset) Sacris Operam dabat. Saeculorum longitudine attrita, dum in extremam ruinam vergeret, restaurata est Anno Dni 1782. ita tamen: quod ut appareret veteris Structurae vestigium, in pristinis fundamentis, nec excedendo, nec minuendo, superstructa sit. —

Lacus quondam *Swięte* dictus, in locum paludinosum evasit, quod ruderum tot tempestatibus in illum ejectioni attribuimus: eadem de Causa Colles super quibus Civitas erecta fuit, olim Altiores cum tempore decrevisse existimamus.

Digitized by Google

Is Mons Lechicus, adversus Hostiles Incursiones quondam munitus, continebat Arcem, in qua Principes ac Reges Poloniae habitabant. Sic Lechus fundato Regno partim Gnesnae manebat, partim Regnum obeundo Jus dabat Populo. Cum autem Stirps Lechi defecisset, Poloni Comitiis Gnesnae habitis, duodecem Proceres delegerunt, Qui Wojewodae nuncupati divisis Provinciis praeessent. Pertaesi Malorum Poloni quae sub duodecem Wojewodarum Imperio frequentius contingebant, Conventu apud Gnesnam acto circa Annum Dni 706. ad Cracum Principatum detulerunt; Cracus Urbe in laeva Vistulae parte condita, eandem Gnesnâ relictâ, Regni Caput fecit. Popielus Senior Regiam et Domicilium Cracoviâ Gnesnam primùm retulit, indeque non multo post Crusuiciam. Inauguratus Principàtui Piastus, Crusuiciam verò abominatus nefando scelere diroque interitu Popieli contaminatam, Gnesnam prisci Lechi Regiam Domicilium suum transtulit, cumque per multos Annos sapienter clementerque regnasset, Senex admodum Gnesnae mortuus est. Zemovitus Filius Piastae in Paternum Solium ascendit, actoque trigesimo secundo Principatus sui Anno rebus humanis exemptus Gnesnae. Proceres Poloni Defuncti Filium adhuc Adolescentulum, Cui Lesco nomen, in Principatu subrogant. Zemomyslus Filius Patri Lesconi successit, Qui mortuus Anno Dni 964. in Castro Gnesnensi Patribus suis Gentilitatis more appositus. Peracto Zemomysli funere Miecislaus Filius Principatum suscepit, atque Is primus Christi Religionem amplexus Gnesnae baptisatus est et Nuptiae cum Dambrowka, magna celebritate peractae Anno Dni 965. — Plantata Gnesnae Fide Christi, itum est ad eam per

Digitized by Google

omnem Principatum propagandam ac publico Principis Edicto statutum: ut Deorum simulacra ubique confringerentur comburerenturque, ac vani priscae superstitionis Ritus abolerentur, die septima Martij ad eam rem publicè exequendam constituta. — .

Ex Monte Lechi Civitatem aspiciendo, nulla Antiquitatis suae apparent Vestigia; Domus Canonicalis murata, quam inhabito, è regione Plateae Posnaniensis sita cùm ex sui structura, tum Murorum crassitudine apparet antiquitatis reliquum esse; in ejus pariete meridionali Lapis marmor, in cujus parte superiore pro Stemmate: Capra unica et tres Rosae; quod Stemma sequitur Inscriptio talis:

> Anno salutis MDCXIII. mensis XXVII. Aprilis sublato: et secundo post Conflagrationem Opera Impensisque R. D. U. J. Doct. Thomae Josiccii Can. et Official. Gnalis Gnesnen. ab Imis erecta.

Inferius pro stemmate *tres fluvii* circumscripto Literis:

J. K. S. T. D. C. G. P. M,

quae signant Joannem Kalksztein Cancum Metropolitanum Gnesnensem. Denique continuatur Inscriptio ita:

> Tandem post secundam Conflagrationem quae et summo Templo non pepercit Anno Dni 1760. XXV. Augusti, sumptu non parco denuo restauratum.

Hinc spectatur Palatium quondam Archi-Episcopale ad Littus Laci Jelonek ruinosum. Caeterùm, post ultimum Incendium Anno Dni 1819. die 27. mensis Maij circa horam noctis Decimam inter Domos Judaeorum exortum, et quod tres Civitatis partes delevit,

Digitized by Google

novum illius aedificandae Planum assumptum, et locò veterum majori ex parte lignearum, Domus novae lapideae forma ac elegantia praestantes Gratia et Liberalitate Serenissimi Friderici Wilhelmi III. Regis Domini nostri feliciter Moderni erectae sunt, reliquae fabricari continuantur. —

His de Statu Materiali ac Historico Ecclesiae Nostrae Metropolitanae expositis, aliquid scribendum esset de Praerogativis Celsmorum Archi-Episcoporum, et Rndssmo Capitulo Metropolitano Gnesnensi; de quibus siquidem Celsmus olim Andreas Olszowski Archi-Eppus Gnesn. Stephanus Damalevicius Ordinis Cancorum Regular. Lateranen. Niesiecki et Rzepnicki Ambo Soc. Jesu in suis Operibus abundè tractarunt, nos quoque in alia nostra Elucubratione scripsimus; et Bulla Apostolica Ssmi Dni Nostri Domini Pii Papae Ejus Nominis VII. feliciter Moderni, incipiens „De Salute Animarum“ data Romae Anno Incarnationis Dnicae 1821. Decimo septimo Kalendas Augusti, novum in eis Ordinem, salvo semper Ecclesiae Gnesnen. primatu, definivit; ne proinde actum agere videamur, praesens Opusculum Nostrum claudimus. —

Ad Majorem Dei Gloriam.

443229A

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google